



**In P. Virgilii Mar. Bucolica ac Georgica adnotationes, ac loci  
omnes maxime Theocriti tum etiam Hesiodi quidam, quibus  
usus est Virgilius, / latine redditu per Helium Eobanum  
Hessum. E schola Norica. .**

<https://hdl.handle.net/1874/420871>

2

# IN P. VIR

GILII MARONIS BVCO  
LICA AC GEORGICA

adnotationes, ac loci omnes ma-  
xime Theocriti, tum etiam  
Hesiodi quidam, quibus  
usus est Virgilius, lati-  
ne redditii per H.  
Eobanum  
Hessum.

E Schola Norica.

# LIBRAR

GLORIOSA AVDAQHINIA  
TIEA AC REPROBATION

REPROBATION, REPROBATION,  
REPROBATION, REPROBATION,

REPROBATION, REPROBATION,  
REPROBATION, REPROBATION,

REPROBATION, REPROBATION,

REPROBATION,

REPROBATION,

# REVEREN

DO IN CHRISTO PATRI,

DOMINO FRIDERICO

co Nurenberge apud Diuum

Aegidium Abbatii, Eobanus

Hessus S. D.



Dnotatioes  
in Virgilie  
meas, Recue  
rende pater  
Friderice,  
quas exigē-  
ti tibi sāpe  
me sum pol-  
licitus aedi-  
turum: cum  
iam trans-

miseruris essem Typographis cœpi nonribil, ut quod  
uerum est satear, subdubitare mecum ipse, emiterē  
ne in uulgo opusculum minime ad ostentationem  
elaboratam, an premerem potius, contentus inte-  
rim non ita magna uel temporis uel ingenij iactura  
laborem istum mihi constitisse, quia satis uidebam  
non defuturos, qui non tam laborem hunc insolitum

A 2

## EPISTOLA

hactenus mihi quām subitam quasi naturae quandam  
immutationem essent admiraturi: in me præsertim,  
qui tot iam æditis libris nullū omnino, nec alia in re  
nisi scribendis poëmatis nomen ambicerim unquam  
nunc subito, quasi ingenij me pœnitentia, ad scribendas  
adnotationes animum adiecerim. Verum amicorum  
tuōq; in primis hortatu, statui ingenij potius subire  
periculū, quām uel amicorum iastis fortasse desyde-  
rijs: uel, si quid bonæ frugis per me adferri posset, stu-  
diosæ iuuentuti deesse. Tametsi enim quidam hæc, ut  
dixi, admiraturi sunt, mirabuntur tamen minus, ut  
opinor, ubi consilij mei rationē propius inspexerint,  
quod quidem ipsum quem euentū su habiturū, ut int-  
certus sum, ita haud quaquam magni facio. Rationē  
certe talem quandam habuit, ut crederem non minus  
ex officio me facturū, biennio iam amplius in hac ur-  
be profiterem, si optima poëmata iuuentuti huius  
Scholæ, quām possem fideli interpretatiōe tradere,  
quām si noua ipse atq; etiam, si Dijs placet, non ex-  
treme mala scriberem. Et uidebatur, his præsertim  
temporibus tam corruptis, tamq; parum sua bona a-  
gnoscēntibus aliquanto præstabilius uetera instaura-  
re quām noua condere. Quotus enim nunc quisq; est  
ita fidelis studiorum præceptor, ut ueterum ac ob id  
optimorum scriptorum lectione suos assuefaciat, dñ  
omnes certatim nouos libros scribimus, & inutilibus

chara

N V N C V P A T O R I A.

chartis omnia, ac tantum etiam non cloacas opplemus, neglectis interim ueris bonarum artium traditionibus fuso, tantum eruditionis quodam contenti. Itaque, quum id mea nunc professio requirere uidebatur, no puduit me in has ueluti τὰς τῶν λαζαχεῖων προσθῆκας καὶ τὰ τοιαῦτα λεπτολογίατα scribendarū annotationum descendere, quod cū ante hunc diem fecerim nunquam, & uiderem etiam horum temporum doctissimos ueros Erasmū ac Philipū pum hoc ipsum non sine laude agere, ut ædulis talibus quibusdam (quis ignorat uero quanto me scelerius?) libellis collabentes undique literas quasi fulciant, & ipse persuasus hisce rationibus, cum uelut expeditio[n]is huius Scholasticæ ab latinorū poëtarum principi Virgilio sum p[ro]fissum a[cc]o[m]p[an]y[ing] auspicio, resumpsi in manus, ea, quæ biennio iam integro docueram, atq[ue] in chartas sparsim & αὐτοχθόνος, uti fit, conieceram, in libellumq[ue] contraxi, & in primis collegi, qua potui diligentia locos omnes Theocriti, quos in suo carmine bucolico Virgilius uel transtulit uel imitatus est, eosq[ue] utcūq[ue] latine reddidi. His adieci in quantu[m] Georgorum libros annotationes breves quidem illas, uerum, meo quidem iudicio, studiosæ iuuentu[n]t no omnino inutiles futuras. In quibus ipsis quoq[ue] ex Hesiodo ac alijs nonnullis, utcūq[ue] uel suppetebat ingenium, uel permittebat extemporalitas quædam

EPIST. NVNCVPATORIA.

uerti, sed non nisi quæ ad rem pertinere uisa sunt.  
Eaç; oia qualia quæta sunt in hunc, quæ uides, libellū  
contracta tuo nomini, humanissimè ac Reuerende  
pater, inscripsi ac dedicauī, non quia te uel eiu, hono  
ris audiā esse, uel ipsius accessione quicquā glorie  
tibi adstrui posse existimem. Sed quia sic & ipse de  
me priuatim merebaris, & postulabat tua in recta  
studia, eorūq; studiosos singularis humanitas, recta  
uoluntas, summa fides, qui cum & ipse eruditione  
non uulgaris, tum eruditos omnes, præcipueq; no  
strum ordinem, qui Scholæ p̄fecti sumus, incredi  
bili quodam fauore prosequaris. Huc accedebat quod  
uidebatur nominis tui dignitas, & existimatio huic  
nostro libello non parum authoritatis conciliatura  
quod spes bona sic intellecturos homines nondum o  
mimo deploratam esse literarum cauſam, ubi tales,  
hoc est, tui similes patronos adhuc habere eas uide  
rint. His rationibus nulli rectius quam tibi, quicquid  
est hoc libelli nominatim inscribere uel potui uel de  
bui. De quo ita iudices uelim, ut credas tum existima  
turum me totam hanc operam, quam rectissime col  
locasse: primum si tibi placuisse, deinde si tuo quoq;  
nomini studiosis, non omnino ingratum fuisse sense  
ro. Vale Nurenberge, Mense Augusto. Anno  
M. D. XXVIII.

P. V. M.

# P·V·M·MAN

TVANI BVCOLICORVM

TITYRVS.

Melibœus. Tityrus.

Me.

Tityre tu patulæ recubans sub tegmine fagi,  
Agrestem teniu Musam meditaris aucta.  
Nos patriæ fines, & dulcia linquimus arua,  
Nos patriam fugimus, tu Tityre lentus in umbra  
Formosam resonare doces Amaryllida sylvis.  
O Melibœe, deus nobis hæc ocia fecit. Ti.  
Namq; erit ille mihi semper deus, illius aram  
Sepe tener nostris ab ouibus imbuet agnus.  
Ule meas errare boues, ut cernis, & ipsum  
Ludere, quæ uellem calamo permisit agresti.  
Non equidē inuideo miror magis, undiq; totis. Me  
Vsque adeo turbatur agris, en ipse capellas  
Protinus & ger ago, hanc etiam uit Tityre duco.  
Hic inter densas Corylos modo nang; gemellos,  
Spem gregis, ab silice in nuda connixa reliquit.  
Sepe malum hoc nobis, si mens non leua fuisset.  
De coelo tactas memini prædicere quercus.  
Sepe sinistra caua prædixit ab ilice cornix.  
Sed tamen iste deus qui sit, da Tityre nobis.

A 4

## T I T Y R V S.

Urbem, quam dicunt Romam, Melibœe putavit Tu.  
 Stultus ego huic nostræ similem, quo sæpe solemus  
 Pastores ouium teneros depellere fœtus,  
 Sic canibus catulos similes, sic matribus hœdos  
 Noram, sic paruis componere magna solebam.  
 Verum hæc tantum alias inter caput extulit urbes,  
 Quantum lenti solent inter uiburna cupressi,  
 Et que tanta fuit Roman tibi caussa uidendi? Me.  
 Libertas, quæ sera tamen respexit inertem Ti.  
 Candidior, postq; tondenti barba cedebat.  
 Respexit tamen, & longo post tempore uenit.  
 Postq; uos amaryllis habet, Galatea reliquit.  
 Nanq; (fatebor enim) dum me Galatea tenebat,  
 Nec spes libertatis erat, nec cura peculi.  
 Quamuis multa meis exiret uiclima septis  
 Pinguis, & ingratæ premeretur caseus urbi,  
 Non unq; grauis ære domum mihi dextra redibat.  
 Mirabar quid mœsta deos Amarylli uocares, Me.  
 Cui pendere sua patercis in arbore poma,  
 Tityrus hinc aberat ipse te Tityre pinus,  
 Ipsa te fontes, ipsa hec arbusta uocabant.  
 Quid facerem? neq; seruitio me exire licebat, Ti.  
 Nec tam præsentes alibi cognoscere diuos.  
 Hic illum uidi iuuenem Melibœe, quot annis  
 Bis seros cui nostra dies altaria fumant,  
 Hic mihi responsum primus dedit ille petenti,  
 Pascite,

P R I M A T

Pascite, ut ante, boues pueri, submittite tauros.  
Fortunatae senex ergo tua rura manebunt, Me.  
Et tibi magna satis, quamvis lapis omnia nudus,  
Limosoq; palus obducat pascua iuncto,  
Non insueta graueis tentabunt pabula foetas,  
Nec mala vicini pecoris contagia laudent.  
Fortunatae senex hic inter flumina nota,  
Et fontes sacros frigus captabis opacum.  
Hinc tibi, quæ semper vicino ab limite sepes  
Hyblæis apibus florem depasta salicti,  
Sæpe leui somnum suadebit mire susurro.  
Hinc alta sub rupe canet frondator ad auras.  
Nec tamen interea raucæ, tua cura, palumbes,  
Nec gemere æria cessabit turtur ab ulmo.

Ante leues ergo pascentur in æthere cerui, Ti.  
Et fræta defluentes nudos in littore pisces,  
Ante pererratis amborum finibus exul,  
Aut Ararim parthus bibet, aut Germania Tigrim,  
Quam nostro illius labatur pectore uultus.

At nos hinc alijs fitientes ibimus Aphros, Me.  
Pars Scythiam, et rapidū Cretæ ueniemus Oaxem,  
Et penitus toto diuisos orbe Britannos.  
En unq; patrios longo post tempore fines,  
Pauperis & tuguri congestum cespite culmen,  
Post aliquot, mea regna uidens, mirabor aristas.  
Impius hæc tam culta noualia miles habebit?

T I T Y R V S

Barbarus has segetes ? en quo discordia ciues  
Perduxit miseros ? en quis consumuit agros ?  
Insere nunc Melibœe piros, pone ordine uites.  
Ite meæ, quondam felix, pecus, ite capelle,  
Non ego uos post hac uiridi proieclus in antro  
Dumosa pendere procul de rupe uidebo.  
Carmina nulla canam, non me paucente capelle  
Florentem cythisum, & salices carpetis amaros.  
Hic tamen hac mecum poteris requiescere nocte Ti.  
Fronde super uiridi, sunt nobis mitia poma,  
Castaneæ molles, & presti copia lactis  
Et iam summa procul uillarum culmina sumant,  
Maiorisq; cadunt altis de montibus umbrae.

E C L O G A . II.

Alexis.

Formosum pastor Corydon ardebat Alexin,  
Delicias domini, nec quid speraret, habebat.  
Tantum inter densas umbrosa cacumina fagos  
Assidue ueniebat, ibi haec incondita solus  
Montibus, & syluis studio iactabat inani.  
O crudelis Alexi, nihil mea carmina curas,  
Nil nostri miserere, mori me deniq; cogis.  
Nunc etiam pccudes umbras, & frigora captant.  
Nunc uirides etiam occultant spineta lacertos.  
Thestylis & rapido fessis messoribus astu,  
Alia, serpillumq; herbas contundit olences.

A 9

## ALEXIS II.

At mecum raucis, tua dum uestigia lustro,  
 Sub sole ardentia resonant arbusta cicadis.  
 Non ne fuit satius tristeis Amaryllidis iras,  
 Atq; superba pati fastidia? nonne Menalcam?  
 Quamuis ille niger, quamuis tu candidus essem?  
 O formose puer, nimium ne crede colori.  
 Alba ligustra cadunt, uacinia nigra leguntur.  
 Despectus tibi sum, nec qui sim queris Alexi,  
 Quam dues pecoris, niuei quam lactis abundans.  
 Mille meæ Siculis errant in montibus agnæ.  
 Lac mihi non aestate nouum, nec frigore defit.  
 Canto, quæ solius, si quando armenta uocabat  
 Amphion Diræus in Alceo Aracyntho.  
 Nec sum adeo informis, nuper me in littore uidi,  
 Cum placidum uentis staret mare, non ego Daphnis  
 Iudice te metuam, si nunquam fallat imago.  
 O tanum libeat mecum tibi sordida rura,  
 Atq; humileis habitare casas, & figere ceruos,  
 Hædorumq; gregem uiridi compellere libisco.  
 Mecum una in sylvis imitabre Pana canendo.  
 Pan primus calamos cæra coniungere plures  
 Instituit, Pan curat oves, ouuumq; magistros.  
 Nec te pœnitat calamo triuisse labellum.  
 Hæc eadem ut secrete, quid non faciebat Amyntas?  
 Est mihi disparibus septem compacta circuís  
 Eſcula, Damocetas dono mihi quam dedit olim,

A L E X I S .

Et dixit moriens, te nunc habet ista secundum.  
Dixit Damoetas, inuidit stultus Amyntas.  
Preterea duo nec tuta mihi ualle reperti  
Capreolis, sparaxis etiam nunc pellibus albo,  
Binâ die siccant ouis ubera, quos tibi seruo.  
Iam pridem à me illos abducere Thestylis orat,  
Et faciet, quoniam sordent tibi munera nostra.  
Huc ades o formose puer, tibi lilia plenis  
Ecce ferunt Nymphæ calathis, tibi candida Nais  
Pallentes uolas, & summa papauera carpens,  
Narcissum, & florem iungit benevolentis anethi.  
Tum casia, atq; alijs intexens suauibus herbis,  
Mollia luteola pingit uacinita caltha.  
Ipse ego cana legam tenera lanugine mala,  
Castaneasq; nuces, mea quas Amaryllis amabat.  
Addâ cærea pruna, & honos erit huic quoq; pomo.  
Et uos o lauri carpam, & te proxima myrtle,  
Sic positæ quoniam suauis miscetis odores.  
Rusticus es Corydon, nec munera curat Alexis,  
Nec si muneribus certes, concedet lolas.  
Heu quid uolui misero mihi : floribus austrum  
Perdit us, & liquidis immisi fontibus apos  
Quem fugis ah demens? habitarunt dij quoq; sylvas,  
Dardaniusq; Paris Pallas, quas condidit arces,  
ipsa colat, nobis placeant ante omnia sylue.  
Toru alena lupum sequitur, lupus ipse capellam.

Floren

## SECVNDA

Florentem cythifum sequitur lasciva capella.  
Te Cōrydon ô Alexi. Trahit sua quenq; uoluptas.  
Aspice aratra iugo referunt suspensa iuuenci.  
Et sol crescenteis decedens duplicat umbras.  
Me tamen urit amor. quis enim modus ad sit amori?  
Ah Cōrydon, Cōrydon, quæ te dementia cœpū?  
Semiputata tibi frondosa uitis in ulmo est.  
Quin tu aliquid saltē potius, quorum indiget usus,  
Viminibus, molliq; paras detexere iuncō.  
Inuenies aliud, si te hic fastidit Alexis.

## ECLOGA. III. PALAE MON MENALCAS. DAMOE tas. Palæmon.

**D**ile mihi Dameta cuiū pecus? an Melibœi? Me  
Non, uerū Aegonis, nuper mihi tradidit Da-  
Aegon.  
Infelix ô semper ouis pecus, ipse Neæram Me.  
Dum fouet, ac ne me sibi præferat illa, ueretur,  
Hic alienus oucis custos bis mulget in hora,  
Et succus pecori, & lac subducitur agnis.  
Pareius ista uiris tamen obiectanda memento. Da.  
Nouimus & qui te, transuersa tuentibus hircis,  
Et quo, sed faciles Nymphæ risere, facello.  
Tum credo, cum me arbustum uidere Myconis, Me.  
Atq; mala uites incidere falce nouellas.

P A L A E M O N

Aut hic ad ueteres sagos cum Daphnidis arcū . Da.  
Fregisti, & calamos, quæ tu peruerse Menalca  
Et cum uidisti puerο donata, dolebas,  
Et si non aliqua nocuisses, mortuus essem.

Quid domini facient, audent cum talia fures? Me.  
Non ego te uidi Damonis pessime caprum  
Excipere in si dijs, multum latrante lycisca?  
Et cum clamarem, quo nunc se proripit ille?  
Tityre coge pecus, tu post carēcta latebas.  
An mihi cantando uictus non redderet ille, Da.  
Quem mea carminibus meruiſſet fistula caprum?  
Si nescis, meus ille caper fuit, & mihi Damon  
Ipſe fatebatur, sed reddere posse negabat.  
Cantando tu illum? aut unq̄ tibi fistula cera Me.  
Auncta fui? non tu in triujs indocte solebas  
Stridenti miserum stipula diſperdere carmen?

Vis ergo inter nos, quid poſſit uterq; uicissim Da.  
Experiamur: ego hanc uitulam, ne forte recuſes,  
(Bis uenit ad mulctrām, binos aut ubere foetus.)  
Depono, tu dic mecum quo pignore certes?

De grege non ausim quicq; deponere tecum, Me.  
Est mihi nanq; domi pater, est iniusta nouerca,  
Bisq; die numerant ambo pecus, alter & hoc eos.  
Verum id, quod multo tute ipſe fatebere maius,  
(Inſanire libet quoniam tibi) poeula ponam  
Eagini, & elatum diuini opus Alcimedonis,

Lentis

## TER TIA

Lenta quibus torno facili superaddita uitis,  
Diffusos hædera uestit pallente corymbos.  
In medio duo signa, Conon, & quis fuit alter,  
Descripti radio totum qui gentibus orbem,  
Tempora quæ messor, quæ curuus arator haberet?  
Nec dum illis labra admoui, sed condita seruo.  
Et nobis idem Alcimédon dico pocula fecit, Da.  
Et molli circum est ansas amplexus acanbo,  
Orpheaq; in medio posuit, sylvasq; sequentes.  
Nec dum illis labra admoui, sed condita seruo,  
Si ad uitulam spectas, nihil est quod pocula laudes,  
Nunq; hodie effugies, ueniam quocunq; uocaris, Me.  
Audiat hæc tantum uel qui uenit, ecce Palæmon.  
Efficiam posthac ne quenq; uoce laceffas.  
Quin age, siquid habes, in me mora nō erit illa, Da.  
Nec quenq; fugio, tantum uicinc Palæmon  
Sensibus hæc imis (res est non parua) reponas.  
Dicite quandoquidem in molli consedimus herba. Pa.  
Et nunc omnis ager, nunc omnis parturit arbos,  
Nunc frondent sylvae, nunc formosissimus annus.  
Incipe Damœta, tu deinde sequere Menalca.  
Alternis dicetis, amant alterna Camœna.  
Ab Ioue principiū Musæ, Iouis omnia plena. Da.  
Ille colit terras, illi mea carmina curæ.  
Et me Phœbus amat, Phebo sua semp apud me Me.  
Munera sunt lauri, & suave rubens hiacynthus.

P A L A E M O M.

Malo me Galatea petit lasciuia puella, Da.  
Et fugit ad salices, & se cupit ante uiderti.

At mihi sese offert ultro meus ignis Amyntas. M.  
Notior ut iam sit canibus non Delia nostris.

Parta mee Veneri sunt munera, namq; notaui D.  
Ipse locum, acriæ quo concessere palumbes.

Quod potui, puer o sylvestri ex arbore lecta Me.  
Aurea mala decem misi, cras altera mittam.

O quoties, & que nobis Galatea locuta est, Da.  
Partem aliquam uenti diuîm referatis ad aures.

Quid prodest quod me ipse aio non spernis Amyn  
Si dum tu sectaris apros, ego retia seruo? (ta, Me.

Phyllida mitte mihi, meus est natalis, Iola. Da.  
Cum faciam uitula pro frugibus ipse uenito.

Phyllida amo ante alias, nā me discedere fleuit, M.  
Et longum formose uale, uale inquit Iola.

Triste lupus stabulis, maturis frugibus imbres, D.  
Arboribus uenti, nobis Amaryllidis iræ.

Dulce satis humor, depulsis arbutus hœdis, Me.  
Lenta salix foeto pecori, mihi solus Amyntas.

Pollio amat nostram, quis sit rustica, musam, Da.  
Pierides uitulam lectori pascite uestro.

Pollio et ipse facit noua carmina, pascite taurū, M.  
Iam cornu petat, & pedibus qui spargat archam.

Qui te Pollio amat, ueniat, quo te quoq; gaudet, D.  
Mella fluant illi, ferat & rubus asper amomum.

Qui

## T E R T I A

Qui Bauium nō odit, amet tua carmina Meui, M.  
Atq; idem tungat uulpes, & mulceat hircos.

Qui legitis flores, & humi nascentia fraga, D.  
Frigidus, o pueri fugite hinc, latet anguis in herba.

Parcite oues nimū procedere, non bene ripæ M.  
Creditur, ipse aeries etiam nunc uellera siccat.

Tuyre pascentes à flumine reiße capellas. D.  
Ipse, ubi tempus erit, omnes in fonte lauabo. M.

Cogite oues pueri, si lac præcepit æstus,  
Ut nuper, fruſtra præſtabimus ubera palmis.

Eheu q̄ pingui macer est mibi taurus in aruo. D.  
Idem amor exutum est pecori, pecorisq; magistro.

His certe neq; amor cauſſa eſt, uix oſſib. hærēt. M.  
Nescio quis teneros oculus mihi fascinat agnos.

Dic quibus in terris, et eris mihi magnus Apollo, D.  
Treis pateat cœli ſpacium non amplius ulnas.

Dic quibus in terris inscripti nomina regum Me.  
Nascantur flores, & Phyllida ſolus habeto.

Non noſtrū inter uos tantas componere lites, P.  
Et uitula tu dignus & hic, & quisquis amores

Aut metuet dulceis aut experietur amaros.  
Claudite iam riuos pueri, ſat prata biberunt.

## E C L O G A . I I I I .

Pollio.

B

## POLLIO

Icelides Musæ paulo maiora canamus.  
**S**Non omnes arbusta iuuant, humilesq; myrice,  
Si canimus sylvas, sylvae sint consule dignæ.  
Ultima Cumæ uenit iam carminis ætas.  
Magnus ab integro seclorum nascitur ordo.  
Iam reddit & uirgo, redeunt Saturnia regna.  
Iam noua progenies cœlo demittitur alto.  
Tu modo nascenti puer, quo ferrea primum  
Definet, ac toto surget gens aurea mundo.  
Casta faue Lucina, tuus iam regnat Apollo.  
Teq; adeo decus hoc æui, te consule inabit  
Pollio, & incipient magni procedere menses.  
Te duce, si qua manent sceleris uestigia nostri  
Irrita perpetua soluent formidine terras.  
Ille deum uitam accipiet, diuisq; uidebit  
Permixtos heroas, & ipse uidebitur illis,  
Pacatumq; reget patrijs uirtutibus orbem.  
At tibi prima puer nullo munuscula cultu  
Errantes hæderas paſſim cum baccare tellus,  
Mixtaq; ridenti colocasia fundet acantho.  
Ipse lacte domum referent distenta capellæ  
Ubera, nec magnos metuent armenta leones.  
Ipsa tibi blandos fundent cunabula flores.  
Occidet & serpens, & fallax herba ueneni  
Occidet, Assyrium uulgo nascetur amomum.  
At simul herorum laudes, & facta parentis

lxxii

## Q V A R T A

Iam legere, & que sit, poteris cognoscere uirtutem,  
Molli paulatim flauescet campus arista,  
In cultisq; rubens pendebit sentibus uua.  
Et duræ quercus sudabunt roscida mella.  
Pauca tamen suberunt prisæ uestigia fraudis,  
Quæ tentare Tethim ratibus, quæ cingere muris  
Oppida, quæ uibeant telluri infindere sulcos.  
Altera erit tum Tiphys, & altera quæ uechat Argo  
Delectos heroas, erunt ctiam altera bella,  
Atq; iterum ad Troiam magnus mittetur Achilles.  
Hinc ubi iam firmata uirum te fecerit ætas,  
Cædet & ipse mari uector, nec nautica pinus  
Mutabit merces, omnis feret omnia tellus.  
Non rastros patietur humus, non uinea falcem.  
Robustus quoq; tam tauris iuga soluet arator.  
Nec uarios disceat mentiri lana colores,  
Ipse sed in pratis aries iam suave rubenti  
Murice, iam croceo mutabit uellera luto.  
Sponte sua sandix pascentes uestiet agnos.  
Talia secla suis dixerunt currite fusis  
Concordes stabili fatorum numine parcæ.  
Aggregere o magnos (aderit iam tempus) honores  
Chara deum soboles, magnum Iouis incrementum,  
Aspice conuexo nutantem pondere mundum,  
Terrasq; traclusq; maris, coelumq; profundum,  
Aspice uenturo lætentur ut omnia seculo.

P O L L I O III.

O mihi tam longe maneat pars ultima uite  
Spiritus, & quantum sat erit tua dicere facta.  
Non me carminibus uincet, nec Thracius Orpheus.  
Nec limus, huic mater quamvis, atq; huic pater adsit  
Orpheus Calliopea, Lino formosus Apollo.  
Pan etiam Arcadia tecum si iudice certet,  
Pan etiam Arcadia dicat se iudice uictum.  
Incipe parue puer risu cognoscere matrem.  
Matri longa decem tulcrunt fasidia menses.  
Incipe parue puer, qui non risere parentes,  
Nec deus hunc mensa, dea nec dignata cubili est.

E C L O G A V . D A P H N I S .

Menalcas. Mopsus.

C Vr nō Mopse, boni quonā cōuenimus ambo,  
Tu calamos inflare leues, ego dicere uersus,  
Hic Corylis mixtas inter consedimus ulmos,  
Tu maior, tibi me est æquum parere Menalca. Mo.  
Siue sub incertas Zephyris motantibus umbras,  
Siue antro potius succedimus, aspice ut antrum  
Sylvestris raris sparsit labrus caracemis.  
Montibus in nostris solus tibi certat Amyntas. Me.  
Quid, si idem Phœbum certet superare canendo? Mo.  
Incipe Mopse prior, si quis aut Phyllidis ignes, Me.  
Aut Alconis habes laudes, aut turgia Codri.  
Incipe, pascentes seruabit Tityrus hœdos.

Impo

D A P H N I S V.

Immo hæc in uridi nuper quæ cortice fagi Mo.  
Carmina descripti, et modulans alterna notaui,  
Experiar, tu deinde iubeto certet Amyntas. Me.  
Lenta salix quantum pallenti cedit oliuæ,  
Punicis humilis quantum saluca rosetis,  
Iudicio nostro tantum tibi cedit Amyntas.  
Sed tu desine plura puer, succèssimus antro. Mo.  
Extinctum Nymphæ crudeli funere Daphnem  
Flebant, uos Coryli testes, et flumina Nymphis,  
Cum complexa sui corpus miserabile nati  
Atq; deos, atq; astra uocat crudelia mater.  
Nonnulli pastos illis egere diebus  
Frigida Daphni boues ad flumina, nulla neq; amnem  
Libauit quadrupes, nec graminis attigit herbam.  
Daphni tuum Poenos etiam ingemuisse leones  
Interitum, montesq; fert, syluæq; loquuntur.  
Daphnis et Armenias curru subiungere tigres  
Instituit, Daphnis thyasos inducere Baccho.  
Et folijs lentes intexere mollibus hastas.  
Vitis ut arboribus decori est, ut uibus uuæ,  
Ut gregibus tauri, segetes ut pinguis bus aruis.  
Tu decus omne tuis, postquam te fata tulerunt,  
Ipsa pales agros, atq; ipse reliquit Apollo.  
Grandia saepe quibus mandauius ordeo sulcis,  
Infelix lolium, et steriles dominantur auenæ.  
Pro molliuola, pro purpureo Narciso

## D A P H N I S

Carduus, & spinis surgit Paluus acutis.  
Sparcite humum folijs, inducite fontibus umbras  
Pastores, mandat fieri sibi talia Daphnis.  
Et tumulum facite, & tumulo super addite carmen.  
Daphnis ego in sylvis hinc usq; ad sydera notus,  
Formosi pecoris custos, formosior ipse.  
Tale tuum carmen nobis diuine poëta, Me.  
Quale sopor fessis in gramine, quale per astum  
Dulcis aquæ saliente fulim restinguere riuo.  
Nec calamis solum, & equiparas, sed uoce magistrum.  
Fortunatus puer, tu nunc eris alter ab illo.  
Nos tamen haec quo cunq; modo tibi nostra uicissim  
Dicemus, Daphninq; tuū tollemus ad astra, (nis.  
Daphnin ad astra feremus, amauit nos quoq; Daph.  
An quicquam nobis tali sit munere malus? Mo.  
Et puer ipse fuit cantari dignus, & ista  
Iam pridem Stimichon laudauit carmina nobis.  
Candidus insuetum miratur limen olympi, Me.  
Sub pedibusq; uidet nubes, & sydera Daphnis,  
Ergo alacreis sylvas, & cætera rura uoluptas,  
Panaq; pastoresq; tenet, Dryadasq; puellas.  
Nec lupus insidias pecori, nec retia ceruis  
Vlla dolunt meditantur, amat bonus ocia Daphnis.  
Ipsi lœtitia uoces ad sydera iactant  
Intonsi montes, ipse iam carmina rupes,  
Upsa sonant arbusta, deus deus ille Menalca.

## Q V I N T A.

Sis bonus ò felixq; tuis, en quatuor dras,  
Ecce duas tibi Daphnis, duoq; altaria Phœbo-  
Pocula bina nouo spumantia lacte quotannis,  
Craterasq; duos statuam tibi pinguis oliui,  
Et multo in primis hilarans coniuia Baccho,  
Ante focum, si frigus erit, si meßis in umbra-  
Vina nouum fundam calathis aruifia nectar.  
Cantabunt mibi Damocetas, & Lyctius Aegon,  
Saltantes Satyros imitabitur Alpheſibœus.  
Hæc tibi semper erunt, & cum solemnia uota  
Reddemus Nymphis, & cum lustrabimus agros.  
Dum iuga montis aper, fluuios dum piscis amabit,  
Dumq; thymo paſcentur apes, dum rore cicadæ,  
Semper honos, nomenq; tuum, laudesq; manebunt.  
Ut Baccho, Cereriq; tibi ſic uota quotannis  
Agricolæ facient, damnabis tu quoq; uotis.  
Quæ tibi, quæ tali reddam pro carmine dona? Mo.  
Nam neq; me tantum uementis ſibilus austri,  
Nec percussa iuuant fluctu tam littora, nec que  
Saxos inter decurrunt flumina ualles.  
Hac te nos fragili donabimus ante cicuta. Me.  
Hæc nos formosum Corydon ardebat Alexim,  
Hæc eadem docuit, cuium pecus, an Melibei?  
At tu ſume pedum, quod me cum ſæpe rogaret, Mo.  
Non tulit Antigenes, & erit tum dignus amari,  
Formosum paribus nodis, atq; ære Menalca.

## E C L O G A S E X T A

Silenus.

Rima Syracusio dignata est ludere uersu  
P Nostra, nec erubuit sylvas habitare Thalia.  
Cū canerem reges, & prælia, Cynthius aurem  
Vellit & admonuit pastorem, Tityre pingues  
Pascere oportet oues, deductum dicere carmen.  
Nunc ego, namq; super tibi erunt, qui dicere laudes  
Vare tuas cupiant, & tristia condere bella,  
Agrestem tenui meditabor arundine musam.  
Non iniussa cano, si quis tamen hæc quoq; si quis  
Captus amore leget, te nostræ Vare myricæ,  
Te nemus omne canet, nec Phœbo gratior illa est,  
Quam sibi que Vari prescripsit pagina nomen.  
Pergute Pierides, Chromis, & Mnafilus in antro  
Silenum pueri somno uidere iacentem,  
Inflatum hesterno uenas, ut semper, Iaccho.  
Serta procul tantum capiti delapsa iacebant,  
Et grauis attrita pendebat cantharus ansa.  
Aggressi, nam sèpe senex sive carminis ambos  
Luserat, iniiciunt ipsis ex uincula sertis.  
Addit se soctam, timidisq; superuenit Aegle,  
Aegle Naadam pulcherrima, iamq; uidenti  
Sanguineis frontem moris, & tempora pingit.  
Ille dolum ridens, quo uincula nectuis? inquit.  
Solute me pueri, satis est potuisse uideri,  
Carmina que uultis cognoscere, carmina uobis,

Huic

## S E X T A.

Huic aliud mercedis erit, simul incipit ipse.  
 Tum uero in numerum, Faunosq; ferasq; uideres  
 Ludere, tum rigidas motare cacumina quercur.  
 Nec tantum Phœbo gaudet Parnasia rupes,  
 Nec tantum Rhodope miratur, & Ismarus Orpheo.  
 Namq; canebat, uti magnum per inane coacta  
 Semina terrarūq; animæq; marisq; fuissent,  
 Et liquidi simul ignis, ut his exordia primis  
 Omnia, & ipse tener mundi concreuerit orbis.  
 Tum durare solum, & discludere Nerea ponto  
 Cœperit, & rerum paulatim sumere formas.  
 Iamq; nouum terræ stupeant lucescere solem,  
 Altius atq; cadant submotis nubibus imbres.  
 Incipiunt sylue cum primum surgere, cunq;  
 Rara per ignotos errent animalia montes.  
 Hinc lapides Pyrrhæ iactos, Saturnia regna,  
 Caucasasq; refert uolucres furiumq; Promethei.  
 His adiungit Hylam, nautæ quo fonte relicta  
 Clamassent, ut littus Hyla Hyla omne sonaret.  
 Et fortunatum, si nunquam armenta fuissent,  
 Pasiphaen, niuei solatur amore iuenci.  
 Ab urgo infelix, quæ te dementia cœpit?  
 Prætides implerunt falsis mugitibus agros,  
 At non tam turpes pecudum tamen nulla secuta est  
 Concubitus, quamuis collo timuisset aratrum,  
 Et sæpe in leui quæsisset cornua fronte.

SILENVS

Ah uirgo infelix, tu nunc in montibus erras,  
Ille latus niueum molli fultus hiacyntho  
Uice sub nigra pallentes ruminat herbas, (Nymphæ  
Aut aliquam in magno sequitur grege claudite  
Dictæ, Nymphæ nemorum iam claudite saltus,  
Si qua forte ferant oculis sese obuia nostris  
Errabunda bouis uestigia, forsitan illum,  
Aut herba captum uiridi, aut armenta secutum  
Perducant aliquæ stabula ad Gortynia uaccæ.  
Tum canit Hesperidum miratam mala puellam,  
Tum Phaeontiadas musco circundat amare  
Corticis, atq; solo proceras erigit alnos.  
Tum canit errantem Parmensi ad flumina Gallum  
Aonias in montes ut duxerit una sororum,  
Utq; uiro Phœbi chorus assurrexit omnis,  
Ut linus hæc illi duino carmine pastor,  
Floribus, atq; apio crines ornatus amaro  
Dixerit hos tibi dant calamos, en accipe muse,  
Ascreo quos ante seni, quibus ille solebat,  
Cantando rigidas deducere montibus ornos.  
His tibi Grynei nemoris dicatur origo.  
Ne quis sit lucus, quo se plus iactet Apollo.  
Quid loquar? aut Scylla Nisi, quam fama secuta est  
Candida succinctam latrantibus inguina monstris,  
Dulichias uexasse rates, & gurgite in alto  
Ah timidos nautas canibus lacerasse marinis,

Aut ut.

S E X T A.

Aut ut multatos Terei narrauerit artus?  
Quas illi Philomela dapes, quæ dona paravit?  
Quo cursu deserta petiuerit? & quibus ante  
Infelix sua tecla superuolutauerit alis?  
Omnia quæ Phœbo quondam meditante beatus  
Audist Eurotas, iuſſuq; ediscere lauros.  
Ille canit, pulsæ referunt ad sydera ualles.  
Cogere donec oues stabulis, numerumq; referre  
Iuſſit, & inuitio proceſſit uesper olympos.

E C L O G A VII. M E L I

bœus.

Corydon. Thyrſis.

Forte sub arguta confederat ilice Daphnis, M.  
Compulerantq; greges Corydon, et Thyrſis in  
Thyrſis oues, Corydon distentas lac'e capellas (unū  
Ambo florentes etatibus, Arcades ambo,  
Et cantare pares, & respondere parati,  
Hic mihi dum teneras defendo à frigore myrtos,  
Vir gregis ipſe caper deerrauerat, atq; ego Daphnus  
Aſpicio, ille ubi me contra uidet, ocyus inquit:  
Huc ades o Melibœe, caper ibi ſaluus, & hœdi,  
Et ſiquid ceſſare potes, requieſce ſub umbra.  
Huc ipſi potum uenient per prata iuuenci.  
Hic uiridis tenera prætexit arundine ripas  
Mintius, eq; ſacra resonant examina queru.  
Quid facerē? neq; ego Alcippe, nec Phyllida habebā

M E L I B O E V S

Depulsos à lacte domi quæ clauderet agnos .  
Et certamen erat Corydon cum Thyrſide magnum ,  
Posthabui tamen illorum mea ſeria ludo .  
Alternis igitur contendere uerſibus ambo  
Cœpere , alternos muſæ meminiffe uolebant .  
Hos Corydon , illos refrebat in ordine Thyrſis Co .  
Nymphe , noſter amor , libethrides , aut mihi carmen  
Quale meo Codro , concedite proxima Phœbi  
Verſibus ille facit , aut ſi non poſſumus omnes ,  
Hic arguta ſacra pendebit firſtula pinu .  
Pastores hædera crescentem ornate poëtam Th .  
Arcades , inuidia rumpantur ut illa Codro .  
Aut ſi ultra placitum laudarit , bacchare frontem  
Cingite , ne uati noceat mala lingua futuro .  
Setoſi caput hoc apri tubi Delia paruus Co .  
Et ramosa Mycon iuuacis cornua cerui .  
Si proprium hoc fuerit , leui de marmore tota  
Puniceo ſtabis furas euincta cothurno .  
Sinum lactis , et hæc te liba Priape quotannis Th .  
Expectare ſat eſt , cuſtos es pauperis horti .  
Nunc te marmoreum pro tempore fecimus , at tu  
Si foetura gregem ſuppleuerit , aureus eſto .  
Nerine Galatea thymo mihi dulcior hyble , Co .  
Candidior cycnis , hædera formofior alba ,  
Cum primum paſturepetent præſepia tauri ,  
Si qua tui Corydonis habet te cura , uenito .

Immo

S E P T I M A.

Immo ego Sardonijs uidear tibi amarior herbis, Th.

Horridior rusco, protecta ultior alga,

Si nubi non hæc lux toto iam longior anno est.

Ite domum pasti, si quis pudor ite iuuenci-

Muscosi fontes, & somno mollior herba, Co.

Et que uos rara uiridis tegit arbutus umbra,

Solstitium pecori defendite, iam uenit æstas

Torrida iam læto turgent in palmitæ gemmæ.

Hic focus, & tæde pingues, hic plurimus ignis Th.

Semper, & assidua postles fuligine nigri.

Hic tantum Boreæ curamus frigora, quantum

Aut numerum lupus, aut torrentia flumina ripas.

Stant & uniperi, & castaneæ birsutæ, Co.

Strata lacent paßim sua quæq; sub arbore poma-

Omnia nunc rident, at si formosus Alexis

Montibus his abeat, uideas & flumina sicca.

Aret ager, uitio moriens sicut acris herba. Th.

Liber pampineaſ inuidit collibus umbras.

Phyllidis aduentu nostræ nemus omne uirebit.

Iuppiter & læto descendet pluribus hymbri.

Populus Alcidæ gratissima, uitis laccho, Co.

Formosæ myrtus Veneri, sua laurea Phœbo.

Phyllis amat corylos, illas dum Phyllis amabit,

Nec myrtus uincet corylos, nec lauræ Phœbi.

Fraxinus in sylvis pulcherrima, pinus in horlis. Th.

Populus in fluuijs, abies in montibus altis.

## PHARMACEUTRIA.

Sepius at si me Lycida formose reuisas,  
Fraxinus in syluis cedet tibi , pinus in horis,  
Hec memini, & uictu frustra cōtēdere Thyrsim, M.  
Ex illo Corydon Corydon est tempore nobis.

## ECLOGA OCTAVA

Pharmaceutria.

Damon . Alphefibœus.

P Astorum musam Damonis & Alphefibœi,  
Immemor herbarum , quos est mirata iuuencia  
Certantes quorum stupefactæ carmine lynces  
Et mutata suos requierunt flumina cursus,  
Damonis musam dicemus , & Alphefibœi.  
Tu mihi seu magni superas iam saxa Timaui,  
Siue oram Illyrici legis æquoris , en erit unquam  
Ille dies , mihi cum liceat tua dicere facta ?  
En erit ut liceat totum mihi ferre per orbem ,  
Sola Sophocleo tua carmina digna cothurno.  
A te principium , tibi desinet , accipe iussis  
Carmena cœpta tuis , atq; hanc sine tempora circum  
Inter uictrices hæderam tibi serpere lauros.  
Frigida uix cœlo noctis decesserat umbra ,  
Cum ros in tenera pecori gratissimus herba est ,  
Incumbens tereti Damon sic cœpit oliuæ .  
Nascere præq; diem ueniens age Lucifer alnum , D<sup>a</sup>.  
Coniugis indigno Niſæ deceptus amore  
Dum queror , & diuos , quanquam nil testibus illis  
Proſeci,

O C T A V A .

Profecti, extrema moriens tamen alloquor ora :

Incipe Mænalias mecum mea tibia uersus .

Mænalus, argutumq; nemus , pinosq; loquentes

Semper habet, semper pastorum ille audit amores.

Panaq;, qui primus calamos non passus inertes.

Incipe Mænalias mecum mea tibia uersus .

Mopso Niſa datur , quid non ſperemus amantes ?

Iungentur iam gryphes equis, & uoq; ſequenti

Cum canibus timidi uenient ad pocula damæ .

Mopſe nouas incide faces , tibi ducitur uxor .

Sparge marite nuces , tibi deſerit Hesperus Oētam .

Incipe Mænalias mecum mea tibia uersus .

O digno coniuncta uitro, dum deſpicis omnes ,

Dumq; tibi eſt odio mea fistula , dumq; capelle ,

Hirſutumq; ſupercilium , prolixāq; barba ,

Nec curare deum credis mortalia quenquam .

Incipe Mænalias mecum mea tibia uersus .

Scipibus in noſtris paruam te roſcida mala ,

Dux ego uester eram, uidi cum matre legentem ,

Alter ab undecimo tum me iam cooperat annus ,

Iam fragiles poteram à terra contingere ramos ,

Vt uidi, ut perij , ut me malus abstulit error .

Incipe Mænalias mecum mea tibia uersus .

Nunc ſcio quid ſit amor, duri in cotibus illum

Iſmarus , aut Rhodope , aut extremi Garamantes ,

Nec noſtri generis puerum , nec ſanguinis edunc .

## PHARMACEVTRIA

Incipe Mænalias mecum mea tibia uersus.  
Sæus amor docuit natorum sanguine matrem  
Commaculare manus, crudelis tu quoq; mater,  
Crudelis mater magis, an puer improbus ille?  
Improbus ille puer, crudelis tu quoq; mater.

Incipe Mænalias mecum mea tibia uersus.  
Nunc & oves ultro fugiat lupus, aurea duræ  
Mala ferant quercus, narciso floreat alnus.  
Pinguisa corticibus sudent electra myricæ.  
Certent & cycnis Vlulæ, sit Tityrus Orpheus,  
Orpheus in sylvis, inter delphinis Arion.

Incipe Mænalias mecum mea tibia uersus.  
Omnia uel medium fiant mare, uiuite sylue.  
Præceps aërij specula de montis in undas  
Deferar, extreum hoc munus morientis habeto.

Desine Mænalias, iam desine tibia uersus.  
Hæc Damon, uos que responderit Alpheisibæus,  
Dicite Pierides, non omnia possumus omnes.  
Effer aquam, & molli cinge hæc altaria uitta, AL.  
Verbenasq; adole pingues, & mascula thura,  
Coniugis ut magicis sanos auertere sacris  
Experiar sensus, nihil hic nisi carmina defunt.  
Ducite ab urbe domū mea carmina, ducite Daphnæ  
Carmina uel cœlo possunt deducere lunam.  
Carminibus Circe focios mutauit Vlyssi.  
Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis.

Ducite

O C T A V A.

Ducite ab urbe domū mea carmina, ducite Daphnīm  
Terna tibi hæc primum triplici diuersa colore  
Licia circundo, terq; hæc altaria circum  
Effigiem duco, numero deus impare gaudet.  
Ducite ab urbe domū mea carmina, ducite Daphnīm  
Necte tribus nodis ternos Amarylli colores,  
Necte Amarylli nodos, & Veneris dic uincula necto  
Ducite ab urbe domū mea carmina, ducite Daphnīm.  
Limus ut hic durescit, & hæc ut cera liquefcit,  
Uno eodemq; igni, sic nostro Daphnis amore.  
Sparge molam, et fragileis incende bitumine lauros.  
Daphnis me malus urit, ego hac in Daphnidē laurū.  
Ducite ab urbe domū mea carmina, ducite Daphnīm  
Talis amor Daphnīm, qualis cum fessa iuuenium  
Per nemora, atq; altos quærendo bucūla lucos  
Propter aquæ riuum uiridi procumbit in ulua  
Perditā, nec seræ meminit decedere nocti;  
Talis amor teneat, nec sit mihi cura mederi.  
Ducite ab urbe domū mea carmina, ducite Daphnīm.  
Has olim exuuias mihi perfidus ille reliquit  
Pignora chara sui, quæ nunc ego limine in ipso  
Terra tibi mando, debent hæc pignora Daphnīm.  
Ducite ab urbe domū mea carmina, ducite Daphnīm.  
Has herbas, atq; hæc ponto mihi lecta uenena,  
Ipse dedit Mœris, nascuntur plurima ponto.  
His ego sëpe lupum fieri, & se condere syluis

## PHARMACEVTRIA.

Mœrim, sepe animas imis excire sepulchris,  
Atq; satas aliò uidi traducere messes.  
Ducite ab urbe domū mea carmina, ducite Daphnīm.  
Fer cineres Amarylli foras, riuosq; fluenti,  
Transq; caput iace, ne respexeris, his ego Daphnīm.  
Aggrediar, nihil ille deos, nil carmina curat.  
Ducite ab urbe domū mea carmina, ducite Daphnīm.  
Aspice, corripuit tremulis altaria flammis  
Sponte sua, dum ferre moror, cinis ipse, bonum sit.  
Nescio quid certe est, & Hylax in limine latrat.  
Credimus, an qui amant, ipsi sibi somnia fingunt?  
Parcite, ab urbe uenit, iā parcite carmina Daphnis.

## E C L O G A IX.

Mœris.

Lycidas. Mœris.

**Q**UOTE Mœri pedes? an quo uia dicit in urbē?  
O Lycida uiui puenimus, aduena nostri. M.  
Quod nunquam ueriti sumus, ut possessor agelli  
Diceret, hæc mea sunt, ueteres migrate coloni.  
Nunc uicti tristes, quoniam fors omnia uersat.  
Hos illi (quod nec bene uertat) mittimus hœdos.  
Certe equidē audieram, qua se subducere colles. Ly.  
Incipiunt, molliq; iugum demittere clivo,  
Vsq; ad aquam, & ueteris tam fracta cacumina fagi  
Omnia carminibus uestrum seruasse Menalcam.  
Audieras, & fama fuit, sed carmina tantum. Mœ.  
Nostra

N O N A.

Nosira ualent Lycida tela inter Martia , quantum  
Chaonias dicunt aquila ueniente columbas .  
Quod nisi me quacunq; nouas incidere lites  
Ante simstra caua monuisset ab ilice cornix ,  
Nec tuus hic Mœris , nec uiueret ipse Menalcas .  
Heu cadit in quenq; tantum scelus ? heu tua nobis Ly-  
Pene simul tecum solatta rapta Menalca .  
Quis caneret nymphas , quis humū florentib. herbis  
Spargeret ? aut uridi fontes induceret umbra ?  
Vel quæ sublegi tacitus tibi carmina nuper  
Cum te ad delitias ferres Amayllida nostras .  
Tityre dum redeo ( breuis est via ) pasce capellas ,  
Et potum pastas age Tityre , & inter agendum  
Occursare capro , cornu ferit ille , cauento .  
Immo hæc , quæ Varo nec dū perfecta canebat , Mœ-  
Varo tuum nomen , superet modo Mantua nobis ,  
Mantua næ miseræ nimium uicina Cremonæ .  
Cantantes sublime ferent ad sydera cycm .  
Sic tua Cyrræas fugiant examina taxos , Ly.  
Sic cythiso pastæ distentent ubera uaccæ ,  
Incipe siquid habes , & me fecere poetam  
Pierides , sunt & mihi carmina , me quoq; dicunt  
Vatem pastores , sed non ego credulus illis ,  
Nam neq; adhuc Varo uideor , nec dicere Cinna  
Digna , sed argutos interstrepere anser olores .  
Id quidē ago , & tacitus Lycida mecum ipse uoluto Ma-

M O E R I S.

Si ualeam meminisse, neq; est ignobile carmen.  
Huc ades o Galatea, quis est nam ludus in undis?  
Hic uer purpureum, uarios hic flumina circum  
Fundit humus flores, hic candida populus antro  
Imminet, et lente texunt umbracula uites,  
Huc ades, insani fertant sine littora fluctus.  
Quid? que te pura solum sub nocte canentem Ly.  
Audieram? numeros memini, si uerba tenerem.  
Daphni quid antiquos signorum suspicis ortus? Mœ  
Ecce Dionœi processit Cœsaris astrum,  
Astrum, quo segetes gauderent frugibus, et quo  
Duceret apricis in collibus uua colorem.  
Insere Daphni Piros, carpent tua poma nepotes,  
Omnia fert ætas, animum quoq; sæpe ego longos  
Cantando puerum memini me condre soles.  
Nunc oblita mihi tot carmina, uox quoq; Mœrim  
Iam fugit ipsa, lupi Mœrim uidere priores.  
Sed tamen ista satis referet tibi sæpe Menalcas.  
Caussando nostros in longum ducis amores, Ly.  
Et nunc omne tibi stratum silet æquor, et omnes  
(Affice) uentosi ceciderunt murmuris auræ.  
Hinc adeo media est nobis uia, namq; sepulchrum  
Incipit apparere Blanoris, hic ubi densas  
Agricolæ stringunt frondes, hic Mœris canamus,  
Hic hoedos depone, tamen ueniemus in urbem.  
Aut si nox pluviam ne colligat ante ueremur,

Cantans

N O N A .

Cantantes licet usq; , minus via lœdet, eamus .  
Cantantes , ut eamus , ego hoc te fasce leuabo .  
Desine plura puer, et quod nunc instat, agamus . Mo  
Carmina tum melius , cum uenerit ipse , canemus .

E C L O G A D E C I M A .

Gallus.

**E**x tremū hunc Arethusa mihi concede laborē .  
Pauca meo Gallo , sed quæ legit ipsa Lycoris ,  
Carmina sunt dicenda , neget quis carmina Gallo ?  
Sic tibi cum fluctus subter labere Sicanos ,  
Doris amara suam non intermisceat undam ,  
Incipe sollicitos Galli dicamus amores ,  
Dum tenera attendent simæ urgulta capellæ .  
Non canibus surdis , respondent omnia syluæ .  
Quæ nemora , aut qui uos saltus habuere puellæ  
Naiades , indigo cum Gallus amore periret ?  
Nam neq; Parnasi uobis inga , nam neq; Pindi  
Villa moram secere , neq; Aoniæ Aganippæ .  
Illum etiam lauri , etiam fleuere myricæ ,  
Pinifer illum etiam sola sub rupe laccentem  
Mænalus , & gelidi fleuerunt saxa Lycae .  
Stant & oues circum , nostri nec pœnitent illas ,  
Nec te pœnitent pecoris diuine poeta .  
Et formosus oues ad flumina pauit Adonis .  
Venit & Vpilio , tardu uenere bubulci .

G A L L V S.

Vuidus hyberna uenit de glande Menalcas.  
Omnes unde amor iste rogan. tibi uenit Apollo,  
Galle quid insanis ? inquit, tua cura Lycoris  
Perq; niues alium, perq; horrida castra secuta est.  
Venuit & agresti capitis Syluanus honore,  
Florentes ferulas, & grandia lilia quassans.  
Pan deus Arcadiæ uenit, quem uidimus ipsi  
Sanguineis ebuli baccis, munioq; rubentem.  
Et quis erit modus inquit ? amor non talia curat.  
Nec lachrymis crudelis amor, nec gramina riuis,  
Nec cythiso saturantur apes, nec fronde capellæ.  
Tristis at ille tamen cantabis Arcades inquit,  
Montibus hæc uestris. soli cantare periti  
Arcades, o mihi tum quam molliter ossa quiescant,  
Vestra meos olim si fistula dicat amores,  
Atq; utinam ex uobis unus, uestriq; fuisse.  
Aut custos gregis, aut maturæ uinitor huæ.  
Certe siue mihi Phyllis, siue esset Amyntas,  
Seu quicunq; furor, quid tum, si fuscus Amyntas ?  
Et nigræ uiolæ sunt, & uacinia nigra,  
Mecum inter salices lenta sub uite iaceret,  
Serta mihi Phyllis legeret, cantaret Amyntas.  
Hic gelidi fontes, hic mollia prata Lycori,  
Hic nemus, hic ipso tecum consumerer æuo.  
Nunc insanus amor, duri me Martis in armis  
Tela inter media, atq; aduersos detinet hostes.

Tu procul

D E C I M A.

Tu procul à patria , nec sit mihi credere tantum,  
Alpinas ab dura niues , & frigora Rheni  
Me sine sola uides . ab te ne frigora lèdant .  
Ah ubi ne teneras glacies fecet aspera plantas.  
Ibo , & Chalcidico , quæ sunt mihi condita uersu  
Carmina , Pastori sicuti modulabor auena .  
Certum est in syluis , inter spelæa ferarum  
Malle pati : tenerisq; meos incidere amores  
Arboribus : crescent illæ : crescentis amores .  
Interea mystis lustrabo Mænala nymphis :  
Aut acres uenabor apros : non me illa uetabunt  
Frigora , Parthenios canibus circundare salius ,  
Iam mihi per rupes uideor , lucosq; sonanteis  
Ire : libet partho torqueat Cydonia cornu  
Spicula . tanquam hæc sit nostri medicina furoris :  
Aut deus ille malis hominum mitescere discat .  
Iam neq; Hamadryades rursus , nec carmina nobis  
Ipsa placent , ipsæ rursus concedite sylue .  
Non si illum nostri possunt mutare labores .  
Nec si frigoribus medijs , Hebrumq; bibamus ,  
Scythoniasq; niues hyemis subeamus aquosæ ,  
Nec , si cum moriens alta liber aret in ulmo ,  
Aethiopum uersemus oues sub sydere cancri .  
OMNIA VINCIT Amor , & nos cedamus amorib;  
Hæc sat erit diuæ uestrum cecinisse poetam ,  
Dum sedet , & gracili fiscellam texit hibisco .

G A L V S

Pierides uos hæc facietis maxima Gallo,  
Gallo, cuius amor tantum mihi crescit in horas,  
Quantum uere nouo uitridis se subiicit alnus.  
Surgamus, solet esse grauis cantantibus umbra.  
Iuniperi grauis umbra, nocent & frugibus umbræ,  
Ite domum saturæ, uenit hesperus, ut capellæ.

# MODESTINI

IURIS CONSULTI IN PRI  
mum Georgicorum ar  
gumentum.

Quid faciat lœtas segetes, quæ sydera seruet  
Agricola, ut facilem terram proscindat aratris,  
Semina quo iacienda modo, culeusq; locorum  
Edocuit, messes magno olim fœnore reddi.

P. V. M. GEORGICORVM LI

ber Primus ad Mœcenatem.

**Q**uid faciat lœtas segetes, quo sydere terram  
Vertere Mœcenas, ulmisq; adiungere uites  
Conueniat, que cura boum, quis cultus habendo  
Sit pecori atq; apibus quanta experientia parcis,  
Hinc canere incipiam. Vos o clarissima mundi  
Lumina, labentem cœlo que ducitis annum  
Liber & alma Ceres, uestro si munere tellus

Chaoniam,

## LIBER I.

Chaoniam pingui glandem mutauit arista,  
 Poculaq; iuuentis Acheloia miscuit uuis.  
 Et uos agrestum praesentia numina Fauni,  
 Ferte simul Fauniq; pedem, Dryadesq; puellæ,  
 Munera uestra cano. Tuq; o cui prima frementem  
 Fudit equum magno tellus percussa tridenti  
 Neptune, & cultor nemorum, cui pinguis Cæs  
 Tercentum niuci tondent dumeta iuuenci.  
 Ipse nemus linquens patrium, saltusq; Licæ  
 Pan ouium custos, tua si tibi Mænala cure,  
 Adsis o Tegæe fauens, ole&q; Minerua  
 Iuuentrix, unciq; puer monstrator aratri  
 Et teneram ab radice ferens Syluane cupressum,  
 Dijq; deæq; omnes, studium quibus arua tucri,  
 Quiq; nouas alitis non nullo semine fruges,  
 Quiq; satis largum cœlo demittit is imbre m.  
 Tuq; adeo, quem mox, quæ sint habitura deorum  
 Concilia incertum est, urbis ne iuiscere Cæsar,  
 Terrarumq; uelis curam, & te maximus orbis  
 Authorem frugum, tempestatumq; potentem  
 Accipiat, cingens materna tempora myrto.  
 An deus immensi uenias maris, ac tua nautæ  
 Numina sola colant, tibi seruat ultima Thule,  
 Teq; sibi generum Tethys emat omnibus undis,  
 An ne nouum tardis sydus te mensibus addas,  
 Qua locis Erigonem inter chelasq; sequentes

G E O R.

Panditur, ipse tibi iam brachia contrahit ardens  
Scorpius, et cœli iusta plus parte relinquit.  
Quicquid eris ( nam te nec sperent tartara regem,  
Nec tibi regnandi ueniat tam dira cupido,  
Quamuis elysios miretur Græcia campos,  
Nec repetita sequi curet Proserpina matrem )  
Da facilem cursum, atq; audacibus annue cœptis.  
Ignarosq; uie mecum miseratus agrestes  
Ingredere, et uotis tam nunc assuefec uocari.

Vere nouo gelidus canis cum montibus humor  
Liquitur, et Zephyro, putris se gleba resoluit,  
Depresso incipiat tam tum mihi taurus arato  
Ingemere, et sulco attritus splendescere uomer.  
Illi seges, demum uotis respondet auari  
Agricolæ, bis quæ solem, bis frigora sensit,  
Illius immensæ ruperunt horrea messes.  
Ac prius ignotum ferro quam scindimus æquor,  
Ventos, et uarium cœli prædiscere morem  
Cura sit, ac patrios cultusq; habitusq; locorum.  
Et quid quæq; ferat regio, et quid quæq; recusat.  
Hic segetes, illuc ueniunt fœlicius uiæ,  
Arbores fœtus alibi, atq; iniussa uirescunt  
Gramina, nonne uides croceos ut Tmoles odores,  
India mittit ebur, molles sua thura Sabæi?  
At Chalybes nudiferrum, uirosaq; Pontus  
Castoreæ, Eliadum palmas Epeiros equarum.

Continuo

L I B E R   I .

Continuo has leges, æternaque fœdera certis  
Imposuit natura locis, quo tempore primum  
Deucalion, uacuum lapides iactauit in orbem,  
Vnde homines nati durum genus, ergo age terræ  
Pingue solum primis extemplo à mensibus anni  
Fortes inuertant tauri, glebasque iacentes  
Puluerulenta coquat maturis solibus æstas.  
At si non fuerit tellus fœcunda, sub ipsum  
Arcturum, tenui sat erit suspendere sulco  
Ilic officiant lætis ne frugibus herbæ,  
Hic sterilem, exiguis ne deseret humor arenam.  
Alternis idem tonsas cessare nouales,  
Et segnem patiere si tu durescere campum,  
Aut ubi flava seres mutato sydere farra,  
Vnde prius lœtum siliqua quassante legumen,  
Aut tenues fœtus uiciae, tristisque lupini  
Sustuleris, fragiles calamos, syluamque sonantem  
Vrit enim lini campum seges, urit auenæ,  
Vrunt lethæo perfusa papauera somno.  
Sed tamen alternis facilis labor, arida tantum  
Ne saturare simo pingui pudeat sola, ne ue  
Effœtos cimerem immundum iactare per agros,  
Sic quoque mutatis requiescunt fœtibus arua.  
Nec nulla interea est in aratæ gratia terræ.  
Sæpe etiam steriles incendere profuit agros,  
Atque leuem stipulam crepitantibus urere flammis.

Siue inde occultas uires, & pabula terræ  
 Pinguia concipiunt, siue illis omne per ignem  
 Excoquitur uitium, atq; exudat inutilis humor.  
 Seu plures calor ille uias, & cæcare relaxat  
 Spiramenta, nouas ueniat qua succus in herbas.  
 Seu durat magis, & uenas astringit hianteis,  
 Ne tenues pluuiæ, rapidi ue potentia Solis  
 Acrior, aut Boreæ penetrabile frigus adurat.  
 Multum adeo rastris glebas qui frangit inertes,  
 Vimineasq; trahit crates iuuat arua, neq; illum  
 Flaua Ceres alto nequicquam spectat olymbo.  
 Et qui proscisso quæ suscitat æquore terga,  
 Rursus in obliquum uerso prorumpit aratro.  
 Exercetq; frequens tellurem, atq; imperat aruis.  
 Humida solstitia, atq; hyemes orate serenas  
 Agricolæ, hyberno lœtissima pulucre farra,  
 Letus ager, nullo tantum se Mœsia cultu  
 Iactat, & ipsa suas mirantur Gargara messes.  
 Quid dicam, iacto qui semine comminus arua  
 Insequitur, cumulosq; ruit male pinguis arenæ?  
 Deinde satis fluuium inducit, riuosq; sequentes.  
 Et cum exustus ager morientibus astuat herbis.  
 Ecce superciliosi cluosi tramitis undam  
 Elicit, illa cadens raucum per leuia murmur  
 Saxa ciet, scatbrisq; arentia temperat arua:  
 Quid, qui ne grauidis procumbat culmus aristæ.

## LIBER I.

Luxuriem segetum tenera depascit in herba,  
 Cum primum sulcos æquanti sata? quicq; paludis  
 Collectum humorem bibula deducat arena?  
 Præfertim incertis si mensibus annis abundans  
 Exit, & obducto late tenet omnia limo,  
 Vnde caue tepido sudant humore lacunæ?  
 Nec tamen hæc, cū sint hominumq; boumq; labores  
 Versando terram experti, nihil improbus anser,  
 Strymoniæq; grues, & amaris intyba fibris  
 Officiunt, aut umbra nocet. Pater ipse colendi  
 Haud facilem esse uiam uoluit, primusq; per artem  
 Mouit agros curis acuens mortalia corda,  
 Nec torpere gravi passus sua regna ueterno.

Ante iouem nulli subigebant arua coloni,  
 Nec signare quideni, aut partiri limite campum  
 Fas erat, in medium quærebant, ipsaq; tellus  
 Omnia liberiori nullo poscente ferebat.  
 Ille malum uirus serpentibus addidit atris,  
 Prædariq; lupos iuicit, pontumq; moucri,  
 Mellaq; decusset folijs, ignemq; remouit,  
 Et paſſim riuis currentia uina repressit.  
 Ut uarias usus meditando extunderet artes  
 Paulatim, & sulcis frumenti quereret herbam,  
 Et silicis uenis abstrusum excuderet ignem.  
 Tunc alnos primum fluuij sensere cauatas.  
 Nauita tum stellis numeros, & nomina fecit,

## G E O R.

Pleiades, Hyadas, claramq; Lycaonis Arcton.  
 Tum laqueis captare feras, et fallere uisco  
 Inuentum, et magnos canibus circundare saltus.  
 Atq; alius funda latum iam uerberat amnem  
 Alta petens, pelagoq; alius trahit humida lina.  
 Tum ferri rigor, atq; argutæ lamina ferræ.  
 Nam primi cuneis scindebant fissile lignum.  
 Tum uarie uenere artes, LABOR Omnia uincit  
 Improbus, et duris urgens in rebus egestas.  
 Prima Ceres ferro mortales uertere terram  
 Instituit, cum iam glandes, atq; arbuta sacræ  
 Deficerent sylue, et uictum Dodona negaret.  
 Mox et frumentis labor additus, ut mala culmos  
 Esset rubigo, segnisq; horreret in aruis  
 Carduus, intereunt segetes, subit aspera sylua,  
 Lappæq; tribuliq; interq; nitentia culta  
 Infelix lolium, et steriles dominantur avenæ,  
 Quod nisi et affiduis terram insectabere rastris,  
 Et sonitu terribis aues, et ruris opaci  
 Falce premes umbras, uotisq; uocaueris imbre,  
 Heu magnum alterius frustra spectabis aceruum,  
 Concussaq; famem in syluis solabere queru.  
 Dicendum, et que sint duris agrestibus arma,  
 Quis sine, nec potuere seri, nec surgere messes.  
 Vomis, et inflexi primum graue robur aratri,  
 Tardaq; Eleusinæ matris uoluentia plaustra,

Tribu

## LIBER I.

Tribulaq; traheaeq; , & iniquo pondere rastri.  
 Virgea præterea Celei, uilisq; supellex,  
 Arbuteæ crates, & mystica uannus lacchi.  
 Omnia quæ multo ante memor prouisa repones,  
 Si te digna manet diuini gloria ruris.  
 Continuo in syluis magna ui flexa domatur  
 In burim, & curui formam accipit ulmus aratri,  
 Huic à strape pedes temo potentus in octo,  
 Binæ aures, dupli aptantur dentalia dorso.  
 Ceditur & tilia ante iugo lcuis, altaq; fagus,  
 Stiuaq;, quæ currus à tergo torqueat imos  
 Et suspensa focis exploret robora fumus.  
 Possum multa tibi ueterum præcepta referre,  
 Ni refugis, tenuesq; piget cognoscere curas.  
 Area cum primis, ingenti æquanda Cilindro,  
 Et uertenda manu, & creta solidanda tenact,  
 Ne subeant herbæ, neu puluere uicta fathiscat.  
 Tum uarie illudant pestes, sape exiguus mus  
 Sub terris posuitq; domos, atq; horrea fecit  
 Aut oculis capti fodere cubilia talpæ.  
 Inuentuq; cauis bufo, & quæ plurima terræ  
 Monstra ferunt, populatq; ingētem farris aceruum  
 Circulio, atq; inopi metuens formica senectæ  
 Contemplator item, cum se nux plurima syluis  
 Induct in florem, & ramos curuabit olenentes.  
 Si superant foetus, pariter frumenta sequentur.

## G E O R.

Magnaq; cum magno ueniet tritura calore.  
 At si luxuria foliorum exuberat umbra,  
 Nec quicq; pinguis pale & teret area culmos.  
 Semina uidi equidem multos medicare serentes,  
 Et nitro prius, & nigra perfundere amurca,  
 Grandior ut foetus siliquis fallacibus esset,  
 Et quamvis igni exiguo properata maderent,  
 Vidi lecta diu, & multo spectata labore  
 Degenerare tamen, ni uis humana quotannis  
 Maxima quæq; manu legeret, sic omnia fatis  
 In peius ruere, ac retro sublapsa referri.  
 Non aliter, quam qui aduerso uitæ flumine lebunt  
 Renugijs subigit, si brachia forte remisit,  
 Atq; illum in præceps prono rapit alueus anni.  
 Preterea tam sunt Arcturi sydera nobis,  
 Hædorumq; dies seruandi, & lucidus anguis,  
 Quam quibus in patriam uentosa per æqua uectis  
 Pontus, & ostriferi sauges tentantur Abydi.  
 Libra dieti, somniq; pares ubi fecerit horas,  
 Et medium luci, atq; umbris iam dividit orbem,  
 Exerceete uiri tauros, serite ordea campis  
 Vsq; sub extremum brumæ intractabilis imbre.  
 Nec non eri lini segetem, & cereale papauer  
 Tempus humo tegere, & iandum incubere aratri,  
 Dum sicca tellure licet, dum nubila pendent.  
 Vere fabis salio, tunc te quoq; medica putres

Acci

LIBER PRIMVS.

Accipiunt fulci, & milio uenit annua cura,  
Candidus auratis aperit cum cornibus annum.  
Taurus, & aduerso cedens Canis occidit astro,  
At striticeam in messem, robustaque farra  
Exercebis humum, solisque instabis aristis,  
Ante tibi eoae Atlantides abscondantur,  
Cnosiaque ardentis decedat stella Coronae,  
Debita quam fulcis committas semina, quamque  
Inuite properes anni spem credere terrae.  
Multi ante occasum Maiæ cœpere, sed illos  
Expectata seges uanis elusit auenis.  
Si uero uiciamque scres, uilemque faselum,  
Nec pelusiace curam aspernabere lentis,  
Haud obscura cadens mittet tibi signa Bootes,  
Incipe ergo ad medias sementem extende pruinas,  
Iocirco certis demensum partibus orbem,  
Per duodena regit mundi Sol aureus astra.

Quinq; tenent cœlum zone, quarū una coruscō  
Semper Sole rubens, & torrida semper ab igni,  
Quam circum extreme dextra, leuaque trahuntur  
Cerulea, & glacie concretæ, atque imbris atris,  
Has inter medianaque due mortalibus ægris  
Munere concessæ diuīm, & via secta per ambas,  
Obliquus qua se signorum uerteret ordo.  
Mundus ut ad scythiam, Riphæasque arduus arces  
Consurgit premitur Libyæ deuexus in austros,

D

## G E O R.

Hic uerter nobis semper sublimis , at illum  
 Sub pedibus stix atra uidet , manesq; profundit.  
 Maximus hic flexu sinuoso elabitur anguis  
 Circum , perq; duas in morem fluminis Arctos ,  
 Arctos Oceanu metuentes e quore tingi .  
 Illic ( ut perhibent ) aut intempesta silet nox  
 Semper , & obtenta densentur nocte tenebre ,  
 Aut redit a nobis aurora , diemq; reducit ,  
 Nosq; ubi primus equis oriens affluit anhelis ,  
 Illic sera rubens accendit lumina Vesper .  
 Hinc tempestates dubio prædiscere cœlo  
 Possamus , hinc meßisq; diem , tempusq; serendi .  
 Et quando infidum remis impellere marmor  
 Conueniat , quando armatas deducere classes ,  
 Aut tempestiuam syluis euertere pinum .  
 Nec frustra signorum obitus speculamur , & ortus ,  
 Temporibusq; parem diuersis quatuor annum .  
 Frigidus agricolam si quando continet hymber .  
 Multa forent , quæ mox cœlo properanda sereno .  
 Naturare datur , durum procudit arator  
 Vomeris obruſi dentem , cauet arbore lyntres ,  
 Aut pecori signum , aut numeros impressit aceruis .  
 Exacuant alij uallos , furcasq; bicornes ,  
 Atq; amerina parati lente retinacula utti .  
 Nunc facilis rubea texatur fiscina utrga .  
 Nunc torrete igni fruges , nunc frangite saxo .

Quippe

Quippe etiam festis quædam exercere diebus  
 Eas & iura sinunt, ruos deducere nulla  
 Religio uertuit, segeti prætendere sepem  
 Insidias auibus molliri, incendere uepres,  
 Balantumq; gregem fluuiu[m] mersare salubri,  
 Sæpe oleo tardi costas agitator aselli  
 Villibus aut onerat pomis, lapideisq; reuertens  
 Incussum, aut atræ massam picis urbe reportat.

Ipsa dies alios alto dedit ordine luna  
 Felices operum, quintam fugæ, pallidus Orcus,  
 Eumenidesq; satæ, tum partu terra nefando  
 Cœumq; lapidemq; creat, saeumq; Typhoëa,  
 Et coniuratos cœlum rescindere fratres,  
 Ter sunt conati imponere Pelio Ossam,  
 Scilicet atq; Osse frondosum inuoluere olympum,  
 Ter pater extractos disiecit fulmine montes.

Septima post decimam felix, & ponere uites,  
 Et prenso domitare boues, & licia telæ  
 Addere, non a fugæ melior, contraria furtis.  
 Multa adeo gelida melius se nocte dedere,  
 Aut cum sole nouo terras irrorat eous.  
 Nocte leues stipulae melius, nocte arida prata  
 Tendentur, noctis lentis non deficit humor.  
 Et quidem seros hyberni ad luminis ignes  
 Peruigilat, ferroq; faces inspicat acuto.  
 Interca longum cantu solata laborem

G E O R.

Arguto coniunx percurrit pectine telas,  
Aut dulcis musti uulcano decoquit humorem,  
Et folijs undam tepidi despumat ahenti.  
At rubicunda Ceres medio succiditur æstu,  
Et medio iostas æstu terit area fruges.

Nudus ara, sere nudus, hyems ignaua colono.  
Frigoribus parto agricolæ plerumq; fruuntur,  
Mutuaq; inter se læti conuuia curant.  
Inuitat genialis hyems, curasq; resoluit,  
Ceu pressæ cum iam portum tetigere carinæ,  
Pupibus & læti nautæ imposuere coronas.  
Sed tamen et quernas glandes tūc stringere tempus.  
Et lauri baccas, oleamq; cruentaq; myrta.  
Tunc gruibus pedicas, & retia ponere ceruis,  
Auritosq; sequi lepores, tum figere damas,  
Stupea torquentem balcaris uerbera funde,  
Cum nix alta iacet, glaciem cum flumina trudunt.

Quid tempestates autumni, & sydera dicam?  
Atq; ubi iam breuiorq; dics, & mollior æstas?  
Quæ uigilanda uiris, uel cum ruit imbrisferum uer,  
Spicea iam campis cum messis inhorruit, & cum  
Frumenta in uiridi stipula lactentia turgent.  
Sæpe ego cum flauis messorem induceret aruis  
Agricola, & fragili iam stringeret ordea culmo  
Omnia uentorum concurrere prælia uidi,  
Quæ grauidam late segetem, ab radicibus imis

Sublime

## L I B E R I.

Sublime expulsam eruerent, ita turbine nigro  
Ferret hyems, culmumq; leuem, stipulasq; uolantis.  
Sæpe etiam immensum caelo uenit agmen aquarum,  
Et födam glomerant tempestatem imbribus atris  
Collectæ ex alto nubes, ruit arduus æther,  
Et pluua ingenti sata lœta, boumq; labores  
Diluit, implentur fossæ, & caua flumina crescunt  
Cum sonitu, feruetq; fretis spirantibus æquor.  
Ipse pater media nimborum in nocte corusca  
Fulmina mollitur dextra, quo maxima motu  
Terratremit, fugere feræ, & mortalia corda  
Per gentes humili strauit pauor, ille fragranti  
Aut Atho, aut Rhodopen, aut alta Ceraunia telo  
Deicxit, ingeminant austri, & densissimus imber.  
Nunc nemora ingenti uento, nunc litora plangunt.  
Hoc metuens, cœli menses, & sydera serua,  
Frigida Saturni seſe quo stella receptet,  
Quos ignis cœli Cyllenus erret in orbes.

In primis uenerare deos, atq; annua magna  
Sacra refer Cereri, lætis operatus in herbis  
Extreme sub casu hyemis, iam uere sereno,  
Tunc agni pingues, & tunc mollissima uina,  
Tunc somni dulces, ensæq; in montibus umbrae  
Cuncta tibi Cererem pubes agrestis adoret,  
Cui tu lacte fauos, & miti diluc Baccho,  
Terq; nouas circum felix eat hostia fruges,

## G E O R.

Omnis quam chorus, & socij comitentur ouantes,  
 Et cererem clamore uocent in tecta, neq; ante  
 Falcam maturis quisquam supponat aristis,  
 Quam Cereri torta redimutus tempora queru-  
 Det motus incompositos, & carmina dicat.  
 Atq; hæc ut certis possimus discere signis,  
 Aestusq; pluiasq; & agentes frigora uentos,  
 Ipse pater statuit, quid menstrua luna moneret,  
 Quo signo caderent austri, quid saepe uidentes  
 Agricolæ, propius stabulis armenta tenerent.  
 Continuo uentis surgentibus, aut freta ponti  
 Incipiunt agitata tumescere, & aridus altis  
 Montibus audire fragor, aut resonantia longe  
 Littora misceri, & nemorum increbescere murmur  
 Iam sibi dum curuis male temperat unda carinis,  
 Cum medio celeres revolant ex æquore mergi,  
 Clamoremq; ferunt ad littora, cumq; marinæ  
 In sicco ludunt fulicæ, notaq; paludes  
 Deserit, atq; altam supra uolat ardea nubem.  
 Saepè etiam stellas uento impendente uidebis  
 Præcipites cælo labi, noctisq; per umbras  
 Flamarum longos à tergo albescere tractus,  
 Saepè leuem paleam, & frondes uolitare caducas.  
 Aut summa nantes in aqua colludere plumas.  
 At boreæ de parte trucis cum fulminat, & cum  
 Eurisq; Zephiriq; tonat domus, omnia plenis

Rura

## LIBER I.

Rura natant fossis , atq; omnis nauita ponto  
 Humida uela legit . nunquā imprudentibus hymber  
 Obfuit , aut illum surgentem uallibus imis  
 Aeris fugere grues , aut bucula cœlum  
 Suspiciens , patulis captauit naribus auras ,  
 Aut arguta lacus circumuolit aut hirundo ,  
 Et ueterem in limo ranæ cecimere querelam .  
 Sæpius & tectis penetralibus extulit oua  
 Angustum formica terens iter , & bibit ingens  
 Arcus , & è pastu decedens agmine magno  
 Coruorum increpuit densis exercitus alis .  
 Iam uarias pelagi uolucres , & que Asia circum  
 Dulcibus in stagnis riantur prata Caystri ,  
 Certatim largos humeris infundere rores ,  
 Nunc caput obiectare freuis , nunc currere in undas ,  
 Et studio ineassum uideas gestire lauandi .  
 Tum cornix plena pluuiam uocat improba uoce ,  
 Et sola in sicca secum spaciatur arena .  
 Nec nocturna quidem carpentes pensa puellæ  
 Nesciuere hyemem , testa cum ardente uidcent  
 Scintillare oleum , & putres con crescere fungos ;  
 Nec minus ex hymbri soles , & aperta serena  
 Prospicere , & certis poteris cognoscere signis .  
 Nam neq; tam stellis acies obtusa uidetur ,  
 Nec fratriis radijs obnoxia surgere luna .  
 Tenuia nec lanæ per cœlum uellera ferri ,

## G E O R.

Non tepidum ad solem pennas in littore pandunt  
 Dilectæ Thetidi Halcyones, non ore solutos  
 Immundi meminere sues tactare maniplos.  
 At nebulæ magis ima petunt, campoq; recumbunt.  
 Solis & occasum seruans de culmine summo  
 Nequicquam seros exercet noctua cantus.  
 Apparet liquido sublimis in aëre Nifus.  
 Et pro purpureo pœnas dat Scylla capillo.  
 Quacunq; illa leuem fugiens secat æthera pennis.  
 Ecce inimicus atrox magno stridore per auras  
 Insequitur Nifus, qua se fert Nifus ad auras,  
 Illa leuem fugiens raptim secat æthera pennis.  
 Tum liquidas corui, presso ter gutture uoces,  
 Aut quater ingeminant, & saepe cubilibus altis  
 Nescio qua præter solitum dulcedine lett,  
 Inter se folijs strepitant, iuuat imbribus actis  
 Progeniem paruam, dulcesq; reuiseru nidos.  
 Haud equidem credo, quia sit diuinitus ille  
 Ingenium, aut rerum fato prudentia maior.  
 Verum ubi tempestas, & cœli mobilis humor  
 Mutauere uias, & Iuppiter humidus austris  
 Densa, erant quæ rara modo, & quæ densar claxid,  
 Vertuntur species animorum, & pectora motus  
 Hunc alios, altos dum nubila uentus agebat  
 Concipiunt. hinc ille auium concentus in agris,  
 Et letæ pœudes, & ouantes gutture corui.

Si uero

Si uero solem ad rapidum, lunasq; sequentes  
 Ordine respicies, nunquam te crastina fallet  
 Hora, nec insidijs noctis capiere serenæ.  
 Luna reuertenteis cum primum colligit ignes,  
 Si nigrum obscurio comprenderit aera cornu,  
 Maximus agricolis, pelagoq; parabitur imber.  
 At si uirgineum suffuderit ore ruborem,  
 Ventus erit, uento semper rubet aurea Phœbe.  
 Si ortu in quarto, nanq; is certissimus author,  
 Pura, nec obtusis per cœlum cornibus ibit,  
 Totus & ille dies, & qui nascentur ab illo  
 Exactum ad mensem pluia, uentisq; carebunt.  
 Votaq; seruati soluent in littore nautæ  
 Glauco, & Panopeæ, & Ino Melicertæ.  
 Sol quoq; & exoriens, & cum se condet in undas  
 Signa dabit, solem certissima signa sequentur.  
 Et quæ mane refert, & quæ surgentibus astris.  
 Ille ubi nascentem maculis uariauerit ortum  
 Conditus in nubem, medioq; refugerit orbe,  
 Suspecti tubi sint imbres, nanq; urget ab alto  
 Arboribusq; satisq; Notus pecoriq; sinister.  
 Aut ubi sub lucem densa inter nubila secesserit  
 Diuersi erumpent radij, aut ubi pallida surgit  
 Tithoni croceum linquens Aurora cubile,  
 Heu male tum mites defendit pampinus uas,  
 Tam multa in tectis crepitans salit horrida grando.

## G E O R.

Hoc etiam emenso cum iam decedet olympos,  
 Profuerit meminisse magis, nam sepe uidemus  
 Ipsius in uultu uarios errare colores.  
 Ceruleus pluiam denunciat, igneus Euros,  
 Sin maculae incipient rutilo immiscerit igni,  
 Omnia tum pariter uento, nimbisq; uidebis  
 Feruere, non ille quisquam me nocte per altum  
 Ire, neq; à terra moneat conuellere funem.  
 At si cum referetq; diem, condetq; relatum  
 Lucidus orbis erit, frustra terrebere nimbis.  
 Et claro sylvas cernes aquilone moueri.  
 Deniq; quid Vesper serus uehat, unde serenas  
 Ventus agat nubes, quid cogat et humidus Auster.  
 Sol tibi signa dabit, solem quis dicere falso  
 Audeat? ille etiam cæcos instare tumultus  
 Sæpe monet, fraudemq; , & operta tumescere bella.  
 Ille etiam extinto miseratus Cæsare Romam.  
 Cum caput obscura nitidum ferrugine texit,  
 Implaq; æternam timuerunt secula noctem.  
 Tempore quanq; illo tellus quoq; , & æquora ponti.  
 Obsceniq; canes, importunæq; uolucres  
 Signa dabant, quoties Cyclopum effruere in agros.  
 Vidimus, undantem ruptis fornacibus Aetnam?  
 Flammorumq; globos, liquefactaq; uoluere saxa?  
 Armorum sonum toto germania cœlo  
 Audijt, insolitis tremuerunt motibus Alpes.

Vox

## LIBER I.

Vox quoq; per lucos uulgo exaudita silentes  
Ingens, & simulacra modis pallentia muris  
Visa sub obscurum noctis, pecudesq; locutæ  
Infandum, fistunt amnes, terræq; dehiscunt,  
Et mœstum illachrymat templis ebur, æraq; sudant.  
Proluit insano contorquens uortice sylvas  
Fluuiorum rex Eridanus, camposq; per omnes  
Cum stabulis armenta tulit, nec tempore eodem  
Tristibus aut extis fibræ apparere minaces,  
Aut puteis manare cruor cessauit, & alte  
Per noctem resonare lupis ululantibus urbes.  
Non alias cœlo ceciderunt plura sereno  
Fulgura, nec diri toties arsere cometæ.  
Ergo inter se se paribus concurrere telis  
Romanas acies iterum uidere Philippi.  
Nec fuit indignum superis, bis sanguine nostro  
Emathiam, & latos Aemii pingue scere campos,  
Scilicet & tempus ueniet, cum finibus illis  
Agricola incuruo terram, molitus aratro,  
Exesa inueniet scabra rubigine pila  
Aut grauibus rastris galeas pulsabit inanes,  
Grandiaq; effossis mirabitur ossa sepulchris  
Di patrij indigetes, & Romule, Vestaq; mater  
Quæ Thuscum Tyberim, & Romana palatia seruas  
Nunc saltē cuerso iuuenem succurrere seculo  
Ne prohibete, satis iam pridem sanguine nostro

G E O R .

Laomedon te & luimus periuria Troiae.  
Iam pridem nobis cœli te regia Cæsar  
Inuidet, atq; hominum queritur curare triumphos.  
Quippe ubi fas uersum atq; nefas, tot bella per orbē,  
Tam multæ scelerum facies, non ullus aratro  
Dignus honos, squalent abductis arua colonis:  
Et curuæ rigidum falces constellantur in ensem.  
Hinc mouet Euphrates, illinc Germania bellum.  
Vicinæ ruptis inter se legibus urbes  
Arma ferunt, sævit toto Mars impius orbe.  
Ut cum carceribus sese effudere quadrigæ,  
Addunt in spatha, & frustra retinacula tendens  
Fertur equis auriga, neq; audit currus habens.

MODESTINI IVRIS CONSULTI  
in Secundum Georgicorum Argumentum.

Hactenus aruorum cultus, & sydera cœli,  
Pampinea canit ille comas, collesq; uirentis.  
Descriptasq; locis uites, & dona lyæi,  
Atq; oleæ ramos pomorum ex ordine lectos.

P. V. M. GEORGICORVM,  
Liber Secundus.

**H**actenus aruorum cultus, & sydera cœli.  
Nunc te Bacche canā, nec non sylvestria tecū  
Virgulta, & prolem tarde crescentis olivæ.

HUG

L I B E R . II.

Huc pater ò Lenae (tuis hic omnia plena  
Muneribus, tibi pampineo grauidus autumno  
Floret ager, spumat plenis uindemia labris,  
Huc pater ò Lenae ueni, nudataq; musto  
Tinge nouo mecum direptis crura cothurnis.

Principio arboribus uaria est natura creandis.  
Namq; aliae nullis hominum cogentibus, ipsæ  
Sponte sua uenient, camposq; & flumina late  
Curua tenent, ut molle filer, lentæq; genistæ  
Populus, & glauca canentia fronde salicta.  
Pars autem posito surgunt de semine, ut altæ  
Castaneæ, nemorumq; loui, quæ maxima frondet  
Aesculus, atq; habitæ græcis oracula quercus,  
Pullulat ab radice alijs densissima sylua,  
Ut cerasis, ulmisq; etiam Parnassia laurus  
Parua sub ingenti matris se subiicit umbra.  
Hos natura modos primum dedit, his genus omne  
Syluarum, fruticumq; uiret, nemorumq; sacrorum.  
Sunt alij, quos ipse uia sibi repperit usus.  
Hic plantas tenero absindens de corpore matrum  
Deposituit sulcis, hic stirpes obruit aruo,  
Quadrifidasq; fudes, & acuto robore uallos.  
Syluarumq; aliae pressos propaginis arcus  
Expectant, & uiua sua plantaria terra.  
Nil radicis egent aliae, summumq; putator  
Haud dubitat terræ referens mandare cacumen,

G E O R.

Quin & caudicibus sectis (mirabile dictu)  
Truditur è sicco radix oleagina ligno  
Et sèpe alterius ramos impune uidemus  
Vertere in alterius, mutataq; insita mala  
Ferre pirum, & prunis lapidosa rubescere corna.  
Quare agite ò proprios generatim discite cultus  
Agricolæ, fructusq; ferros mollite colendo,  
Neu segnes iacent terræ, tuuat lsmara Baccho  
Conserere, atq; olea magnum uestire Taburnum.  
Tuq; ades, inceptumq; una decurre laborem-

O decus, ò famæ merito pars maxima nostræ  
Moecenas, pelagoq; uolans da uela patenti.  
Non ego cuncta meis amplectu uersibus opto.  
Non mihi si lingue centum sint, oraq; centum,  
Ferrea uox, ades, & primi lege littoris oram.  
In manibus terræ, non hic te carmine ficto,  
Atq; per ambages, & longe exorsa tenebo.

Sponte sua quæ se tollunt in luminis auras,  
In secunda quidem, sed læta & fortia surgunt.  
Quippe solo natura subest, tamen hæc quoq; si quis  
Inserat, aut scrobibus mandet mutata subactis,  
Exuerint sylvestrem animum, cultuq; frequenti  
In quascunq; uoces artes, haud tarda sequentur.  
Nec non & sterilis quæ stirpibus exit ab imis,  
Hoc faciet, uacuos si sit digesta per agros,  
Nunc altæ frondes, & ramimatis opacant.

Crescen

L I B E R . II.

Crescentiq; adimunt foetus, uruntq; ferentem.  
Nam que seminibus iactis se sustulit arbos,  
Tarda uenit, seris factura nepotibus umbram,  
Pomaq; degenerant succos oblitera priores,  
Et turpeis aubus prædam fert uua racemos.  
Scilicet omnibus est labor impendens, & omnes  
Cogenda in sulcum, ac multa mercede domande,  
Sed truncis oleæ melius, propagine uites  
Respondent, solido paphie de robore myrtus.  
Plantis & duræ coryli nascuntur, & ingens  
Fraxinus, Herculeq; arbos umbrosa coronæ,  
Chaonijq; patris glandes, etiam ardua palma  
Nascitur, & casus abies uisura marinos,  
Inseritur uero ex foetu nucis arbutus horrida.  
Et steriles platani malos gessere uidentes,  
Castaneæ fagos, ornusq; incanuit albo  
Flore piri, glandemq; sues fregere sub ulmis.  
Nec modus inserere, atq; oculos imponere simplex.  
Nam qua se medio trudunt de cortice gemmæ,  
Et tenues rumpunt tunicas, angustius in ipso  
Fit nodo sinus, huc aliena ex arbore germen  
Includunt, uidoq; docent inolescere libro,  
Aut rursum enodes truncis refecantur, & alte  
Finditur in solidum cuneis uia, deinde fraces  
Plantæ immutuntur, nec longum tempus, & ingens  
Exiit ad cœlum ramis felicibus arbos,

## G E O R.

Miraturq; nouas frondes, & non sua poma.  
 Præterea genus haud unum nec fortibus ulmis,  
 Nec salici, lotoq; nec idæis cypariſſis,  
 Nec pingues unam in faciem nascuntur oliue.  
 Orchades, & radij, & amara paufia bacca,  
 Pomaq; & Alcinoiſyluæ, nec ſurculus idem  
 Cruflumijs, Syrijsq; pirus, grauibusq; Volemis.  
 Non eadem arboribus pendet uindemia noſtris,  
 Quam Mæthymnæo carpit de palmitæ Lesbos.  
 Sunt Tasiæ uites, ſunt & Mareotides albe.  
 Pinguibus hæ terris habiles, leuioribus illæ.  
 Et paſſo Psithia utilior, tenuisq; Lageos  
 Tentatura pedes olim, uincituraq; linguam  
 Purpureæ, preciæq; & quo te carmine dicam  
 Rhetica? ne cellis ideo contende Falernis.  
 Sunt & Amyneæ uites, firmissima uina,  
 Tmolus & affurgit, quibus & rex ipſe Phaneus,  
 Argitisq; minor, cui non certauerit illa,  
 Aut tantum fluere, aut totidem durare per annos.  
 Non ego te mensis, & dijs accepta ſecundis,  
 Transierim Rhodia, & tumidis Bumasthe racemis.  
 Sed neq; quam multæ ſpecies, nec nomina que ſint,  
 Eſt numerus, neq; enim numero cōprendere refert,  
 Quem qui ſcire uelit, Libyci uelit æquoris idem  
 Difcere quam multæ Zephyro turbulentur arenæ,  
 Aut ubi nauigijſ violentior incidit Eurus,

Noſſe

## LIBER II.

Nosse quot Ionij ueniant ad littora fluctus.  
 Nec uero terræ ferre omnes omnia possunt,  
 Fluminibus salices, crassisq; paludibus alni  
 Nascuntur steriles saxosis montibus ornati,  
 Littora myrtetis lætissima, deniq; apertos  
 Bacchus amat colles, Aquilonem, & frigora taxi.  
 Aspice et extremis domitum cultoribus orbem,  
 Eoasq; domos Arabum, pictosq; Gelonos:  
 Diuisæ arboribus patriæ, sola india nigrum  
 Fert hebenum, solis est thure a uirga Sabæis.  
 Quid tibi odorato referam sudantia ligno,  
 Balsamaq; & Baccas semper frondentis acanthi?  
 Quid nemora Aethiopum molli canentia lana?  
 Velleracq; ut folijs depestant tenuia Seress?  
 Aut quos Oceano propior gerit India lucos?  
 Extremi sinus orbis, ubi aëra uincere summum  
 Arboris, haud ille iactu potuere sagittæ.  
 Et gens illa quidem sumptis non tarda pharetris.  
 Media fert tristes succos, tardumq; saporem  
 Felicis mali, quo non presentius ullum  
 Pocula si quando sœuæ infecere nouerçæ,  
 Miseruntq; herbas, & non innoxia uerba,  
 Auxilium uenit, ac membris agit atra uenena.  
 Ipsa ingens arbos, faciemq; simillima lauro,  
 Et si non aliud late iactaret odorem,  
 Laurus erat, folia haud ullis labentia uentis,

## G E O R .

Flos apprima tenax , animas & olenia Medi  
 Ora fouent illo , & semibus medicantur anhelis.  
 Sed neq; Medorum sylue , ditiſima terra ,  
 Nec pulcher Ganges , atq; auro turbidus Hermus ,  
 Laudibus Italæ certent , non Bactra , neq; Indi ,  
 Totaq; thariferis Panchaia pinguis arenis .  
 Hec loca non tauri ſpirantes naribus ignem  
 Inuertere , fatis immanis dentibus hydri-  
 Nec galeis , densisq; uirum ſeges horruit hastis .  
 Sed grauidæ fruges , & Bacchi Maſſicus humor  
 Impleuere , tenent oleæq; , armentaq; leta-  
 Hinc bellator equus campo ſeſe arduus infert ,  
 Hinc albi Clitumne greges , & maxima taurus  
 Victima , ſepe tuo perfusi flumine ſacro  
 Romanos ad templa deūm duxere triumphos .  
 Hic uer aſſiduum , atq; alienis mensibus aſtas .  
 Bis grauidæ pecudes , bis pomis utilis arbos ,  
 At rabidae tigres abſunt , & ſexua leonum  
 Semina , nec miſeros fallunt aconita legentes ,  
 Nec rapit immensos orbes per humum , neq; tanto  
 Squameus in ſpiram tractu ſe colligit anguis .  
 Adde tot egregias urbes , operumq; laborem ,  
 Tot congeſta manu præruptis oppida ſaxis ,  
 Fluminaq; antiquos ſubter labentia muros  
 An mare quod ſupra memorē: quodq; alluit inſras  
 An ne lacus tantos? te Lari maxime? teq;  
Fluctibus

L I B E R . II.

Fluctibus & fremitu assurgens Benace marino;  
An memorem portus? lucrinoq; addita claustris  
Atq; indignatum magnis stridoribus æquor;  
Iulia qua ponto longe sonat unda refuso,  
Tyrrhenusq; fretis immittitur æstus auerniss.  
Hæc eadem argentiriuos, ærisq; metalla  
Ostendit uenis, atq; auro plurima fluxit.  
Hæc genus acre uirum, Marios, pubemq; Sabellam,  
Assuetumq; malo Ligurem, Volscosq; uerutos,  
Extulit hæc Decios, Marios, magnosq; Camillos.  
Sciptadas duros bello, & te maxime Cæsar,  
Qui nunc extremis Asie iam uictor in oris  
Imbellem auertis Romanis arcibus Indum.

Salue magna parens frugum Saturnia tellus  
Magna uirum, tibires antiquæ laudis, & artis  
Ingredior, sanctos ausus recludere fonteis,  
Ascreumq; cano Romana per oppida carmen,  
Nunc locus aruorum ingenij, quæ robora cuiq;  
Quis color? & quæ sit rebus natura ferendis.  
Difficiles primum terræ, collesq; maligni,  
Tenuis ubi argilla, & dumosis calculus aruis,  
Palladia gaudent sylua uiuacis oliue.  
Indicio est tractu surgens oleaster eodem  
Plurimus, & strati baccis sylvestribus agri  
Atqui pinguis humus, dulciq; uligine lœta,  
Quiq; frequens herbis, & fertilis ubere campus,

## G E O R.

Qualem sepe caua montis conualle solemus  
 Despicere, hic summis liquuntur rupibus amnes.  
 Felicemq; trahunt limum, quiq; editus austro,  
 Et filicem curuis inuisam pascit aratis.  
 Hie tibi præualidas olim, multoq; fluentes  
 Sufficiet Baccho uites, hic fertilis uiae,  
 Hie laticis qualem pateris libamus, & auro,  
 Influit cum pinguis ebur Tyrrhenus ad aras.  
 Lancibus & pandis fumantia reddimus exta,  
 Siu armenta magis studium, uitulosq; tueri,  
 Aut foetus ouium, aut urenteis culta capellas.  
 Saltus, & saturi petito longinqua Tarenti,  
 Et qualem infelix amisit Mantua campum,  
 Pascentem niueos herboso flumine cycnos.  
 Non liquidi gregibus fontes non gramina desunt,  
 Et quantum longis carpent armenta diebus,  
 Exigua tantum gelidus ros nocte reponet.  
 Nigra ferè, & presso pinguis sub uomere terra,  
 Et cui putre solum (nanq; hoc imitamur arando)  
 Optima frumentis. non ullo ex æquore cernes  
 Plura domum tardis decedere plausta iuuencis.  
 Aut unde tratus syluam deuexit arator,  
 Et nemora euertit multos ignava per annos,  
 Antiquasq; domos auium, cum stirpibus imis  
 Eruit, illæ altum nudis petiere relicti.  
 Atrudis eniuit impulso uomere campus.

Nam

## L I B E R   II.

Nam ieunda quidem, cluosi glarearuris,  
Vix humiles apibus casias, roremq; ministrat.  
Et tophus scaber, nigrisq; excisa chelydris.  
Creta negant alios æque serpentibus agros  
Dulcem ferre cibum, & curuas præbere latebras  
Quæ tenuem exhalat nebulam, fumosq; uolucres,  
Et bibit humores, & cum uult ex se ipsa remittit,  
Quæq; suo uiridi semper se gramine uestit,  
Nec scabie & salsa lœdit rubigine ferrum,  
Illa tibi lœtis intexet uitibus ulmos,  
Illa ferax oleæ est, illam experiere colendo,  
Et facilem pecori, & patientem uomeris unci.  
Talem diues arat Capua, & vicina Vesuvio  
Ora iugo, & uacuis Clanius non æquus Acerris.  
Nunc quoconq; modo possis cognoscere dicam.  
Rara sit, an supra morem si densa requiras,  
Altera frumentis quoniam fauet, altera Baccho.  
Densa magis Cereri, rariſſima quæq; Lyæo,  
Ante locum capies oculis, alteq; tubebis  
In solido puteum demitti, omnemq; repones  
Rursus humū, & pedibus summas æquabis arenas.  
Si deerunt, rarum, pecoriq;, & uitibus almis  
Aptius uber erit, sin in sua posse negabunt  
Ire loca, & scrobibus superabit terra repletis,  
Spissus ager, glebas cunctantes, crassaq; terga  
Expecta, & ualidis terram proscinde uiuencis,

## GEOR.

Salsa autem tellus, & quæ perhibetur amara,  
Frugibus infelix, ea nec mansuetum arando,  
Nec Baccho genus, aut pomis sua nomina seruat,  
Tale dabit specimen, tum spissu uimine qualos,  
Colaque prælorum fumosis diripe tectis.  
Huc ager ille malus, dulcesque à fontibus undæ  
Ad plenum calcentur, aqua eluctabitur omnis  
Scilicet, & grandes ibunt per ulmina guttae,  
At sapor indicium faciet manifestus, & ora  
Tristia tentantum sensu torquebit amaror.  
Pinguis item quæ sit tellus, hoc denique pacto  
Discimus, haud unquam manibus iactata fathiscit.  
Sed picis in morem ad digitos lente scit habendo.  
Humida maiores herbas alit, ipsaque iusto  
Letior, ab nimium ne sit mihi fertilis illa,  
Neuse præualidam primis ostendat aristis,  
Quæ grauis est, ipso tacitam se pondere prodit,  
Quæque leuis, promptu est oculis prædiscere nigræ,  
Et quisquis color, at sceleratum exquirere frigus  
Difficile est, picea tamen, taxique nocentes  
Interdum aut hederæ pandunt uestigia nigræ.  
His animaduersis terram multo ante memento  
Excoquere et magnos scrobibus concidere montes,  
Ante supinatas Aquiloni ostendere glebas,  
Quam letum infodias uitæ, genus, optima putri  
Arua solo, id uenti curant, gelidaque pruinae.

Et labo

L I B E R . II.

Et labefacta mouens robustus iugera fōssor.  
At si quos haud ulla uiros uigilantia fugit,  
Ante locum similem exquirunt, ubi prima paretur  
Arboribus seges, et quo mox digesta feratur,  
Mutata ignorent subito ne semina matrem.  
Quin etiam cœli regionem in cortice signant,  
Ut quo quæq; modo steterit, qua parte calores  
Austrinos iulerit, quæ terga obuerterit axi,  
Restituant, adeo in teneris consuescere multum est.  
Collibus, an plano melius sit ponere uites,  
Quære prius, si pinguis agros metabere campi,  
Densa sere, in denso non segnior ubere Bacchus.  
Si tumulis acclive solum, colles q; supinos,  
Indulge ordinibus, nec secius omnis in unguem  
Arboribus positis secto uia limite quadret

Vt saepe ingenti bello cum longa cohortes  
Explicit legio, et campo stetit agmen aperto,  
Directæq; acies, ac late fluiuat omnis  
Acer renuenti tellus, nec dum horrida miscent  
Prælia, sed dubius medijs Mars errat in armis,  
Omnia sint paribus numeris dimensa uiarum.  
Non animum modo uti pascat prospectus inanem,  
Sed quia non aliter uires dabit omnibus æquas  
Terra, neq; in uacuum poterunt se extendere rami.  
Forsitan et scrobibus quæ sint fastigia quæras,  
Ausim uel tenui uitem committere sulco.

G E O R.

Altius, ac penitus terræ desigitur arbos,  
Aesculus in primis, quæ quantum uertice ad aurum  
Aethereas tantum radice in tartara tendit.  
Ergo non hyemes illam, non flabra, neq; hymbres  
Conuellunt, immota manet, multosq; per annos,  
Multæ uirum uoluens durando secula uincit.  
Tum fortæ late ramos, & brachia tendens  
Huc illuc media ipsa ingentem sustinet umbram.  
Ne ue tibi ad solem uergant uineta cadentem,  
Né ue inter uites corylum sere, néue flagella  
Summa pete, aut summas defringe ex arbore plantas  
Tantus amor terræ, neu ferro lède retuso  
Semina, néue oleæ sylvestres insere truncos.  
Nam sèpe incautis pastoribus excidit ignis,  
Qui furtim pingui primum sub cortice teclus,  
Robora comprehendit, frondesq; elapsus in altas  
Ingentem caelo sonitum dedit, inde secutus  
Per ramos uictor, perq; alta cacumina regnat,  
Et totum inuoluit flammis nemus, & ruit atram  
Ad cœlum picea crassus caligine nubem.  
Præsertim si tempestas à uertice syluis  
Incubuit, glomeraq; ferens incendia uentus.  
Hoc ubi, non à stirpe ualent cæsæq; reuerti  
Possunt atq; imæ similes reuirescere terra.  
In felix superat folijs oleaster amaris.  
Nec ubi tam prudens quisquā persuadeat author  
Tellurem,

LIEER II.

Tellurem Borea rigidam spirante mouere.  
Rura gelu tum claudit hyems, nec semine iacto  
Concretam patitur radicem affigere terræ.  
Optima uinetis satio est, cum uere rubenti  
Candida uenit auis longis inuisa colubris.  
Prima uel autumni sub frigora, cum rapidus sol  
Nondum hyemē contingit equis, tam præterit æstas  
Ver adeo frondi nemorum, uer utile syluis,  
Vere tument terræ, & genitalia semina poscunt.  
Tum pater omnipotens fœcundis hymbris ethere  
Coniugis in gremium lætæ descendit, & omnes  
Magnus alit, magno commixtus corpore fœtus.  
Aua tum resonant auibus uirgulta canoris,  
Et uenerem certis repetunt armenta diebus.  
Parturit almus ager Zephyriq; tepentibus auris  
Laxant arua sinus, superat tener omnibus humor.  
Inq; nouos soles audent se gramina tuto  
Credere, nec metuit surgentes pampinus austros,  
Aut actum cœlo magnis aquilonibus hymbrem.  
Sed trudit gemmas, & frondes explicat omnis.  
Non alios prima crescentis origine mundi  
Illuxisse dies, aliumue habuisse tenorem  
Crediderim, Ver illud erat, Ver magnus agebat  
Orbis, & hybernis parcebant flatibus Euri,  
Cum primum lucem pecudes hausere, uirumq;  
Ferrea progenies duris caput extulit aruis,

## G E O R.

Immissæq; feræ syluis, & sydera cœlo.  
 Nec res hunc teneræ possent perferre laborem,  
 Si non tanta quies iret, frigusq; caloremq;  
 Iret, & exciperet cœli indulgenia terras,  
 Quod supereft, quæcūq; premes uirgulta, per agros  
 Sparge simo pingui, & multa memor occule terra,  
 Aut lapidem bibulū, aut squalentes infode conchas.  
 Inter enim labentur aquæ, tenuisq; subibit  
 Halitus, atq; animos tollent sata, tamq; reperti  
 Qui saxo super, atq; ingentis pondere testæ  
 Vrgerent, hoc effusos munimen ad hymbres.  
 Hoc ubi huicca sūi findit canis astifer arua,  
 Seminibus positis supereft deducere terram,  
 Sepius ad capita, & duros iactare bidentes,  
 Aut presso exercere solum sub uomere, & ipsa  
 Flectere luctantes inter uimeta iuencos.  
 Tum leues calamos, & rase hastula uirgæ,  
 Fraxineasq; aptare sudes, furcasq; bicornes,  
 Viribus enīi quarum, & contemnere uentos  
 Assuecant, summasq; sequi tabulata per ulmos.  
 At dum prima nouis adolescit frondibus etas,  
 Parcendum teneris, & dum se latus ad auras  
 Palmes agit laxis per purum immissus habenis,  
 Ipsa acie falcis nondum tentanda, sed uncis  
 Carpendæ manibus frondes, interq; legendæ.  
 Inde ubi iam ualidis amplexæ stirpibus ulmos

Excertus

L I B E R   II.

Exierint, tunc stringe comas, tunc brachia tonde.  
Ante reformidant ferrum, tunc deniq; dura  
Exerce imperia, & ramos compesce fluenteis.  
Texendæ sepes etiam, & pecus omne tenendum est,  
Præcipue dum frons tenera, imprudensq; laborum,  
Cui super indignas hyemes, solemq; potentem  
Sylvestres ury assidue, capreæq; sequaces  
Illudunt, pascuntur oves, auidæq; iuuencæ.  
Frigora nec tantum cana concreta pruina,  
Aut grauis incumbens scopulis arenibus æstas,  
Quantum illi nocuere greges, duriq; uenenum  
Dentis, & admorso signata in stirpe cicatrix.  
Non aliam ob culpam Baccho caper omnibus aris  
Cæditur, & ueteres incunt proscenia ludi.  
Præmiaq; ingentes pagos, & compita circum  
Theseide posuere, atq; inter pocula leti  
Mollibus in pratis unclos saltiere per uires.  
Nec non Ausonij Troia gens missa coloni  
Versibus incomptis ludunt, risuq; soluto,  
Oraq; corticibus sumunt horrenda cauatis,  
Et te Bacche uocant per carmina læta, tibiq;  
Oscilla ex alta suspendunt mollia pinu.  
Hinc omnis largo pubescit uinea fætu.  
Complentur, uallesq; cauæ, saltusq; profundi,  
Et quocunq; deus circum caput egit honestum,  
Ergo rite suum Baccho dicenius honorem

## G E O R .

Carminibus patrijs, lancesq; et liba feremus,  
 Et ductus cornu stabit sacer hircus ad aram,  
 Pinguiaq; in uerubus torrebimus exta columnis.  
 Est etiam ille labor curandis uitibus alter,  
 Cui nunq; exhausti satis est, namq; omne quotannis  
 Terq; quaterq; solum scindendum, glebaq; uersis  
 Aeternum frangenda bidentibus, omne leuandum  
 Fronde nemus, reddit agricolis labor actus in orbem,  
 Atq; in se sua per uestigia uoluitur annus,  
 Et iam olim seras posuit cum uinea frondes,  
 Frigidus et syluis aquilo decus sit honorem,  
 Iam tum acer curas uenientem extendit in annum  
 Rusticus, et curuo Saturni dente relictam  
 Persequitur uitem attondens, singitq; putando.  
 Primus humum fodito, primus deuicta cremato  
 Sarmenta, et uallos primus sub tecta referto,  
 Postremus metito, bis uitibus ingravit umbra,  
 Bis segetem densis obducunt sentibus herbæ.  
 Durus uterq; labor, laudato ingentia rura,  
 Exiguum colito, nec non etiam aspera rufsci  
 Vimina per syluam, et ripis fluvialis arundo  
 Ceditur, incultiq; exerceat cura salicti.  
 Iam uinctæ uites, iam falcem arbusta reponunt.  
 Iam canit extremos effœtus uimitor antes,  
 Sollicitanda tamen tellus, puluisq; mouendus,  
 Et iam maturis metuendus Iuppiter uis.

C O N

## LIBER II

Contra, non illa est oleis cultura, neq; illæ  
Procuruam expectant falcem, rastrosq; tenaces  
Cum semel hæserunt aruis, auraſq; tulerunt,  
Ipsasatis tellus cum dente recluditur unco,  
Sufficit humorem, & grauidas cum uomere fruges,  
Hoc pinguem, & placitam paci nutritior oliuam,  
Poma quoq; ut primum truncos sensere ualentes,  
Et uires habuere suas, ad sydera raptim  
Vi propria nituntur, opisq; haud indig; nostræ,  
Nec minus interea foeti nemus omne grauescit,  
Sanguineisq; inculta rubent auiaria baccis.  
Tendentur Cythisi, tædas sylua alta ministrat,  
Pascunturq; ignes nocturni, & lumina fundunt,  
Et dubitant homines serere, atq; impendere curas;  
Quid maiora sequar? salices humilesq; genistæ,  
Aut illæ pecori frondem, aut pastoribus umbram  
Sufficient, sepemq; satis, & pabula melli,  
Et iuuat undantem buxo spectare Cytorum  
Nariciæq; picis lucos, iuuat arua uidere,  
Non rastris hominum, non ulli obnoxia curæ.  
Ipsa cœuaseo steriles in uertice syluæ,  
Quas animosi Euri assidue, franguntq; feruntq;  
Dant alios aliae foetus, dant uile lignum  
Nauigijs pinos, domibus, cedrosq; cupressos.  
Hinc radios triuere rotis, hinc tympana plaustris  
Agricole, & pandas ratibus posuere carinas.

G E O R.

Vlmibus salices fœcundæ, & frondibus ulmi  
At myrtus ualidis bastilibus, & bona bello  
Cornus, Ithyreos taxi torquentur in arcus.  
Nec tiliæ leues, aut torno rasile buxum,  
Non formam accipiunt, ferroq; cauantur acuto,  
Nec non & torrentem undam leuis innatat alnus  
Missa Pado, necnon & apes examina condunt  
Corticibusq; cauis, uiciosaq; ilicis aluo.

Quid memorandum æque Baccheia dona tulerunt?  
Bacchus ex ad culpam causas dedit, ille furentes  
Centauros lœto domuit, Rhœtumq;, Pholomq;,  
Et magno Hylæum Lapithis craterem minantem.

O fortunatos nimium, sua si bona norint  
Agricolas, quibus ipsa procul discordibus armis  
Fundit humo facilem uictum iustissima tellus,  
Si non ingentem foribus domus alta superbis  
Mane salutantum totis uomit ædibus undam.  
Nec uartos inhiant pulchra testudine postes,  
Illusasq; auro uestes, Epyrciaq; æra,  
Alba nec assyrio fucatur lana ueneno,  
Nec casia liquidi corrumpitur usus oliui,  
At secura quies, & nescia fallere uita,  
Dives opum uariarum, at latis ocia fundis  
Speluncæ, uiuq; lacus, at frigida Tempe,  
Mugitusq; boum, mollesq; sub arbore somni.  
Non absunt illis saltus, ac lustra ferarum,

L I B E R . II.

Et patiens operum, paruoq; assuetam iuuentus,  
Sacra deum, sanctiq; patres, extrema per illos  
Iustitia excedens terris uestigia fecit,  
Me uero primum dulces ante omnia musae,  
Quarum sacra fero ingenti percussus amore  
Accipiant, coeliq; uias, & sydera monstrant,  
Defectus solis uarios, lunæq; labores,  
Vnde tremor terris, qua ui maria alta tumescant  
Obicibus ruptis, rursusq; in se ipsa residant,  
Quid tantum Oceano properent se tingere soles  
Hyberni, uel quæ tardis mora noctibus obstat.  
Sim, has ne possim naturæ accedere parteis,  
Frigidus obsterit circum præcordia sanguis,  
Rura mihi, & rigui placeant in uallibus amnes,  
Flumina amem, sylvasq; inglorius, o ubi campi  
Sperchiusq;, & uirginibus bacchata Lacenis  
Taygeta, o qui me gelidis in uallibus Hæmi  
Sistat, & ingentiramorum protegat umbra.

Fœlix qui potuit rerum cognoscere causas,  
Atq; metus omnis, & inexorable fatum  
Subiecit pedibus, strepitumq; Acheronitis auari.  
Fortunatus & ille, deos qui nouit agrestes,  
Panaq;, Syluanumq; senem, nymphasq; sorores,  
Ullum non populi fasces, non purpura regum  
Flexit, & infidos agitans discordia fratres,  
Aut conurato descendens Dacus ab istro,

G E O R.

Non res Romanae, perituraq; regua, neq; ille  
Aut doluit miserans inopem, aut inuidit habenti,  
Quos rami fructus, quos ipsa uolentia rura  
Sponte tulere sua, carpsit, nec ferrea iura,  
In sanumq; forum, aut populi tabularia uidit.  
Sollicitant alij remis freta cæca, ruuntq;  
In ferrum, penetrant aulas, & limina regum.  
Hic petit excidijs urbem, miserosq; penates,  
Ut gemma bibat, & sarrano dormiat ostro,  
Condit opes alius, defossoq; incubat auro,  
Hic stupet attonitus rostris, hunc plausus hiantem  
(Per cuneos geminatur enim, plebisq; patrumq;) Corripuit, gaudent perfusi sanguine fratrum,  
Exilioq; domos, & dulcia limina mutant,  
Atq; alio patriam querunt sub sole iacentem.

Agricola incuruo terram dimouit aratro,  
Hinc anni labor, hinc patriam, paruoq; nepotes  
Sustinet, hinc armenta boum, meritos iuencos.  
Nec requies, quin aut pomis exuberet annus,  
Aut foetu pecorum, aut cerealis mergite culmi,  
Prouentuq; oneret sulcos, atq; horrea uincat.  
Venit hyems, teritur Sicyonia bacca trapetis,  
Glande sues læti redeunt, dant arbuta sylue,  
Et uarios ponit foetus autumnus, & alte  
Mitis in apricis coquitur uindemia saxis.  
Interea pendent dulces circum oscula nati,

Casta

## LIBER II.

Casta pudicitiam seruat domus, ubera uaccæ  
Lactea demittunt, pinguesq; in gramine lœto,  
Inter se aduersis luctantur cornibus hoedi,  
Ipse dies agitat festos, fusiſq; per herbam,  
Ignis ubi in medio, & socij cratera coronant.  
Te libans Lenæe uocat, pecorisq; magistris  
Velocis iaculi certamina ponit in ulmo,  
Corporaq; agresti nudant prædura palæstra,  
Hanc olim ueteres uitam coluere Sabini,  
Hanc Rhenum, & frater, sic fortis Hetruria crevit  
Scilicet, & rerum facta est pulcherrima Roma,  
Septem quæ una sibi muro circundedit arces.  
Ante etiam sceptrum Dictæ regis, & ante  
Impia quam cæsis gens est epulata iuuencis.  
Aurus hanc uitam in terris Saturnus agebat,  
Nec dum etiam audierant inflari clasica, necdum  
Impositos duris crepitare incudibus enses.  
Sed nos immensum spatijs confecimus æquor,  
Et iam tempus equum fumanitia soluere colla.

## MODESTINI IURIS CONSULTI

in tertium Georgicorum argumentum.

Teq; Pales, & pastorum memorande per orbem.  
Et pecorum cultus, & gramine pascua lœta,  
Quis habitent armenta locis, stabulentur & agni,  
Omnia diuino monstrauit carmice Vates.

## P. V. M. GEORGICORVM

Liber Tertius.

(mus)

**T**E quoq; magna Pales, et te memorāde cane-  
 Pastor ab Amphryso uos filux, amnesq; Lycae  
 Cetera que uacuas tenuissent carmina mentes,  
 Omnia iam uulgata, quis aut Eurysthēa durum,  
 Aut illaudati nescit Busiridis aras?  
 Cui non dictus Hylas puer? & Latonia delos?  
 Hippodameq; humeroq; Pelops insignis eburno,  
 Acer equis? tentanda uia est qua me quoq; possum  
 Tollere humo, uictorq; uirū uolitare per ora-  
 Primus ego in patriam mecum (modo uita supersit)  
 Aonio rediens deducam uertice musas.  
 Primus Idumæas referam tibi Mantua palmas,  
 Et uiridi in campo templum de marmore ponam  
 Propter aquam, tardis ingens ubi flexibus errat  
 Myncius, & tenera prætexit arundine ripas.  
 In medio mihi Cæsar erit, templumq; tenebit.  
 Illi uictor ego, & Tyrio conspectus in ostro,  
 Centum quadrijugos agitabo ad flumina currus.  
 Cuncta mihi alpheum lunquens, lucosq; Molorchi  
 Cursibus & crudo decernet Græcia cestu.  
 Ipse caput tonsæ folijs ornatus oliue  
 Dona feram, iam nunc solennes ducere pompas  
 Ad delubra iuuat, cæfosq; uidere iuuencos.  
 Vel scæna ut uersis discedat frontibus, utq;  
 Purpurea intexti tollant aulae Britanni  
In foribus

## LIBER III.

In foribus pugnam ex auro , solidoque elephante  
Gangaridum faciem , uictorisque arma Quirini ,  
Atque hic undantem bello , magnumque fluentem  
Nilum , ac nauali surgentes ere columnas ,  
Addam urbes Asiae domitas , pulsumque Niphatem ,  
Fidentemque fuga Parthum , uersisque sagittis ,  
Et duo rapta manu diuerso ex hoste trophaea ,  
Bisque triumphatas utroque ab luttore gentes .  
Stabunt et Parij lapides , spirantia signa ,  
Assaraci proles , demissaque ab Ioue gentis  
Nomina , Trosque parens , et Troiae Cynthius author .  
Inuidia infelix furias , amnemque seuerum  
Cocytu metuet , tortosque Ixionis angues ,  
Immanemque rotam , et non exuperabile saxum .  
Interea Dryadum sylvas , saltusque sequamur  
Intactos , tua Mœcenas haud mollia iussa ,  
Te sine nil altum mens inchoat , en age segneis  
Rumpe moras , uocat ingenti clamore Citheron ,  
Taygetique canes , domitrixque Epidaurus equorum ,  
Et uox assensu nemorum ingeminata remugit .  
Mox tamen ardenteis accingar dicere pugnas  
Cæsaris , et nomen fama tot ferre per annos .  
Tuhom prima quot abest ab origine Cæsar .  
Seu quis olympiacæ miratus premia palmas  
Pascit equos , seu quis fortis ad aratra iuuencos ,  
Corpora præcipue matrum legat , optima torus

G E O R.

Forma bouis , cui turpe caput , cui plurima cernix ,  
Et crurum tenus à mento pectora pendent  
Tum longo nullus lateri modus , omnia magna .  
Pes etiam , & canoris hirtæ sub cornibus aures .  
Nec mihi displiceat maculis insignis , & albo ,  
Aut iuga detrectans , interdumq; aspera cornu ,  
Et faciem tauro propior , quæq; ardua tota ,  
Et gradiens ima uerrit uestrigia cauda  
Aetas lucinam , iustosq; pati Hyemenæos  
Desinit ante decem , post quattuor incipit annos .  
Cetera nec foetur & habilis , nec fortis aratris .  
Interea superat gregibus dum leta uiuentus ,  
Solue mares , mitte in Venerem pecuaria primus ,  
Atq; aliam ex alia generando suffice prolem .

Optima quæq; dies miseris mortalibus æui  
Prima fugit , subeunt morbi , tristisq; senectus ,  
Et labor & duræ rapit inclemencia mortis .  
Semper erunt , quarum mutari corpora malis .  
Semper enim refice , ac ne post amissa requiras ,  
Anteueni , & sobolem armento sortire quotannis .

Nec non , & pecori est idem delectus equino -  
Tu modo quos in spem statuis submittere gentis ,  
Præcipuum iam inde à teneris impende laborem .  
Continuo pecoris generosi pullus in aruis  
Altius ingreditur , & mollia crura reponit ,  
Primus & ire uiam fluiuos tentare minaces

Audet;

L I B E R . III.

Audet, & ignoto se se committere ponto,  
Nec uarios horret strepus, illi ardua ceruix,  
Argutumq; caput, breuis aluus, obesaq; terga,  
Luxuriaq; toris animosum pectus, honesti  
Spadices, glauciqt;, color deterrimus albis,  
Et gilio, tum siqua sonum procul arma dedere,  
Stare loco nescit, micat auribus, & tremit artus,  
Collectumq; premens uoluit sub naribus ignem,  
Densa iuba, & dextro iactata recumbit in armis,  
At duplex agitur per lumbos spina, cauatq;  
Tellurem, & solido grauiter sonat ungula cornu,  
Talis amyclei domitus Pollucis habenis  
Cyllarus, & quorum Graij meminere poetæ,  
Martis equi bijuges, & magni currus Achillis,  
Talis & ipse iubam ceruice effudit equina,  
Coniugis aduentu pernix Saturnus, & altum  
Pelion hinnitu fugiens impleuit acuto.  
Huc quoq; ubi aut morbo grauis aut iā segnior annis  
Deficit, abde domo, nec turpi ignoscet senectæ.  
Frigidus in Venerem senior, frustraq; laborem  
Ingratum trahit, & siquando ad prælia uentum est,  
Ut quondam in stipulis magnus sine uiribus ignis  
Incassum furit, ergo animos, æuumq; notabis  
Præcipue, hinc alias artes, prolemq; parentum,  
Et quis cuiq; dolor uicto, quæ gloria palmæ.  
Nonne uides, cum præcipiti certamine campum

GEOR.

Corripuere, riuniq; effusi carcere currus?  
Cum spes arrectæ iuenum, exultantiaq; haurit  
Corda paor pulsans, illi instant uerbere torto,  
Et proni dant lora, uolat ui feruidus axis,  
Iamq; humiles, iamq; elati sublime uidentur  
Aera per uacuum ferri, atq; assurgere in auras,  
Nec mora, nec requies, at fulue nimbus arenæ  
Tollitur, humescunt spumis, flatuq; sequentum,  
Tantus amor laudum, tantæ est uictoria curæ.

Primus Erichthonius currus, & quattuor ausus  
Iungere equos, rapidisq; rotis insisterc uictor,  
Frena Pelethronij Lapithæ, girosq; dedere  
Impositi dorso, atq; equitem docuerc sub armis  
Insultare solo, & gressus glomerare superbos,  
Aequus uterq; labor, æque iuuenemq; magistri  
Exquirunt, calidumq; animis, & cursibus acrem,  
Quamuis sèpe fuga uersos ille egerit hosteis,  
Et patriam Epirum referat, fortisq; Mycenas,  
Neptuniq; ipsa deducat origine gentem.  
His animaduersis, instant sub tempus, & omnes  
Impendunt curas denso distendere pingui,  
Quem legere ducem, & pecori duxere maritum,  
Florentesq; secant herbas, fluiuosq; ministrant,  
Farraq;, ne blando nequeant superesse labori,  
Inualidiq; patrum referant ieunia nati.  
ipsa autem macie tenuant armenta uolentes.

Atq; ubi

## LIBER III.

Atq; ubi concubitus primos iam nota uoluptas  
 Sollicitat, frondesq; negant, & fontibus arcent,  
 Sæpe etiam cursu quatunt, & sole fatigant,  
 Cum grauiter tunsis gemit area frugibus, & cum  
 Surgentem ad Zephyrum paleæ tactantur inanes.  
 Hoc faciunt, nimio ne luxu obtusior usus  
 Sit genitali aruo, & sulcos oblitet inertes,  
 Sed rapiat sitiens Venerem, interiusq; recondat.  
 Rursus cura patrum cadere, & succedere matrum  
 Incipit exactis grauidæ cum mensibus errant,  
 Non illas graubus quisquam iuga ducere plaustris.  
 Non saltu superare uiam sit passus, & acri  
 Carpere prata fuga, fluiosq; innare rapaces.  
 Saltibus in uacuis pascant, & plena secundum  
 Flumina, muscus ubi, & uridissima gramine ripa  
 Speluncæq; tegant, & saxea procubet umbra.  
 Est lucos Sylari circa, illicibusq; uirentem  
 Plurimus alburnum uolitans, cui nomen Afylo  
 Romanum est, æstron graij uertere uocantes.  
 Asper acerba sonans, quo tota exterrita syluis  
 Diffugiunt armenta, furit mugitibus æther  
 Concussus, sylueq; & sicciri pa Tanagri.  
 Hoc quondam monstro horribiles excurvit iras  
 Inachia Juno pestem meditata iuuencæ.  
 Hunc quoq; (nam medijs feruribus acrior instat)  
 Arcebis grauido pecori, armentaq; pases

G E O R .

Sole recens orto , aut noctem ducentibus astris .  
Post partum , in uitulos cura traducitur omnis .  
Continuoq; notas , & nomina gentis inurunt ,  
Et quos aut pecori malint submittere habendo ,  
Aut aris seruare sacris , aut scindere terram ,  
Et campum horrentem fractis inuertere glebis ,  
Caetera pascuntur uirides armenta per herbas ,  
Tu quos ad studium , atq; usum formabis agrestem  
Iam uitulos hortare , uiamq; insiste domandi ,  
Dum facilis animi iuuenium , dum mobilis etas ,  
At primum laxos tenui de uimine circlos  
Ceruici subnecte , dehinc ubi libera colla  
Seruitio assuerint , ipsis è torquibus aptos  
Iunge pares , & coge gradum conferre iuuenios ,  
Atque illis iam saepe rotæ ducantur inanes  
Per terram , & summo uestigia puluere signent .  
Post ualido nitens sub pondere faginus axis  
Instrepat , & iunctos temo trahat æreus orbes .  
Interea pubi indomitæ non grama tantum ,  
Nec uescas salicum frondes , uluamq; palustrem ,  
Sed frumenta manu carpes sata , nec tibi foetæ  
More patrum niuea implebunt mulctraria uaccæ ,  
Sed tota in dulces consument ubera natos .  
Sin ad bella magis , studium , turmasq; feroceſ .  
Aut Alpheo rotis prelabi flumina Pifæ  
Et Iouis in luco currus agitare uolantes ,

PRIMUS

## L I B E R    III.

Primus equi labor est animos, atq; arma uidere  
Bellantum, litusq; pati, tractuq; gementem  
Ferre rotam, et stabulo frenos audire sonanteis.  
Tum magis, atq; magis blandis gaudere magistri  
Laudibus, et plause sonitum ceruicis amare,  
Atq; haec iam primo depulsus ab ubere matris  
Audiat, inq; uicem det mollibus ora capistris  
Inualidus, etiamq; tremens, etiam inscius aei.  
At tribus exactis ubi quarta accesserit etas,  
Carpere mox gyrum incipiat, gradibusq; sonare  
Compositis, sinuetq; alterna uolumina crurum.  
Sitq; laboranti similis, tum cursibus auris  
Prouocet, ac per aperta uolans ceu liber habenis  
Aequora, uix summa uestigia ponat arena,  
Qualis hyperboreis Aquilo cum densus ab oris  
Incubuit, Scythiaeque hyemes, atq; arida differt  
Nubila, tum segetes altæ, campi que natantes  
Lenibus horrescunt flabris, summæque sonorem  
Dant sylvae, longique urgent ad littora fluctus  
Ille uolat, simul arua fuga, simul æquora uerrens,  
Hic uel ad Elei metas, et maxima campi  
Sudabit spatia, et spumas aget ore cruentas,  
Belgica uel molli melius feret effeda collo,  
Tum demum crassa magnum farragine corpus  
Crescere iam domitis finito, namq; ante domandum  
Ingentes tollent animos prensique negabunt

## G E O R .

Verbera lenta pati, & duris parere lupatis.  
 Sed non ulla magis uires industria firmat,  
 Quam uenerem, & cæci stimulus auertere amores,  
 Sive bourn, sive est cui gratior usus equorum,  
 Atq; ideo tauros procul, atq; in sola relegant  
 Pascua post monte oppositū, & trans flumina lata,  
 Aut intus clausos saturā ad præseptia seruant.  
 Carpit enim uires paulatim, uruq; uidendo  
 Fœmina, nec nemoru patitur meminisse, nec herbæ,  
 Dulcibus illa quidem illecebris, & sape superbos  
 Cornibus inter se subigit decernere amantes,  
 Pascitur in magna sylua formosa iuuenca.  
 Illi alternantes multa ui prælia miscent  
 Vulneribus crebris, lauit ater corpora sanguis,  
 Versaq; in obnoxios urguntur cornua uasto  
 Cum gemitu, reboant syluae q; & magnus olympus.  
 Nec mos bellantes una stabulare, sed alter  
 Victus abit, longe q; ignotis exulat oris,  
 Multa gemens ignominiam, plagaq; superbi  
 Victoris, tum quos amisit inultus amores,  
 Et stabula aspectans regnis exceſſit auitis.  
 Ergo omni cura uires exercket, & inter  
 Dura iacet pernix instrato saxa cubili  
 Frondibus hirsutis, & carice pastus acuta,  
 Et tentat sese, atq; irasci in cornua dicit  
 Arboris obnixus trunco, uentoq; laceſſit

ictibus

Ictibus, & sparsa ad pugnam proludit arena,  
 Post ubi collectum robur, uiresq; receptae,  
 Signa mouet, præcepisq; oblitum fertur in hostem,  
 Fluctus ut in medio cœpit cum albescere ponto  
 Longius, ex altoq; sinum trahit, utq; uolutus  
 Ad terras immane sonat per saxa, nec ipso  
 Monte minor procumbit, at ima exæstuat unda  
 Vorticibus, nigramq; alte subiectat arenam.  
 Omne adeo genus in terris hominumq; ferarumq;  
 Et genus æquoreum, pecudes, pictæq; uolucres  
 In furiis, ignemq; ruunt, amor omnibus idem.  
 Tempore non alio catulorum oblita leæna  
 Sciuor, errauit campis, nec funera uulgo  
 Tam multa informes ursi, stragemq; dedere  
 Per syluam, tum sciuus aper, tum pessima tigris,  
 Heu male tum Libyæ solis erratur in agris.  
 Nonne uides ut tota tremor pertentet equorum  
 Corpora, si tantum notas odor attulit auras?  
 Ac neq; eos iam freна utrum, nec uerbera sciuia,  
 Non scopuli, rupesq; caue, atq; obiecta retardant  
 Elumina, correptos unda torquentia montes,  
 Ipse ruit, dentesq; Sabellicus exacuit sus,  
 Et pede prosubigit terram, fricat arbore costas,  
 Atq; hinc, atq; illinc, humeros ad uulnera durat.  
 Quid iuuenis, magnum cui uersat in ossibus ignem  
 Datus amor? nempe abruptis turbata procellis

Cecan nocte natat serus freta, quem super ingens  
 Porta tonat coeli, & scopulis illis reclamant  
 Aequora, nec miseri possunt reuocare parentes,  
 Nec moritura super crudelit funere virgo.  
 Quid lynxes Bacchi uarie, & genus acre luporum?  
 Atq; canum? quid que imbelles dant prælia ceruie.  
 Scilicet ante omnes furor est insignis equarum.  
 Et mentem Venus ipsa dedit, quo tempore Glauci  
 Potniades malis membra absumpscere quadrigæ,  
 Illas dicit amor trans Gargara, transq; sonantem  
 Ascanium, superant montes, & flumina tranant,  
 Continuoq; audis ubi subdita flamma medullus,  
 Vere magis, quia uere calor reddit ossibus, illæ  
 Ore omnes ueræ in Zephyrum stant rupibus altis.  
 Exceptantq; leueis auras, & sape sine ullis  
 Coniugijs uento grauidæ (mirabile dictu)  
 Saxa per & scopulos, & depresso conualles  
 Diffugiunt, non Eure tuos, neq; solis ad ortus,  
 In Boream, Caurumq;, aut unde nigerrimus Auster  
 Nascitur, & pluvio contrastat frigore calum.  
 Hinc demum (hippomanes uero quod nomine dicunt  
 Pastores) lentum distillat ab inguine uirus.  
 Hippomanes quod sape male legere noueræ,  
 Miseruntq; herbas, & non innoxia uerba.  
 Sed fugit interea fugit irreparabile tempus,

Singu

L I B E R     III.

Singula dum capti circumuectamur amore.

Hoc satis armentis, superat pars altera cura.

Lanigeros agitare greges, hirtasq; capellas.

Hic labor, hinc laudem fortis sperare coloni.

Nec sum animi dubius, uerbis ea uincere, magnum

Quam sit, et angustis hunc addere rebus honorem.

Sed me Parnassi, deserta per ardua dulcis

Raptat amor, iuuat ire iugis, qua nulla priorum

Castalian molli diuertitur orbita cliuo.

Nunc ueneranda Pales, magno nūc ore sonandū.

Incipiens, stabulis edico in mollibus herbam

Carpere oueis, dum mox frondosa reducitur æfas,

Et multa duram stipula, filicumq; maniplis

Sternere subter humum, glacies ne frigida lædat

Molle pecus, scabiemq; ferat, turpeisq; podagras.

Post hinc digressus iubeo frondentia capris

Arbuta sufficere, et fluuios præbere recentes.

Et stabula à uentis hyberno opponere soli

Ad medium conuersa diem, cum frigidus olim

Iam cadit extremoq; irrorat aquarius anno.

Hæc quoq; non cura nobis leuore tñenda,

Nec minor usus erit, quamuis Milesia magno

Vellera mutentur, Tyrios incocta rubores.

Densior hinc soboles, hinc largi copia lactis.

Quam magis exhausto spumauerit ubere mulcens,

Læta magis pressis manabunt ubera mammis.

## G E O R.

Nec minus interea barbas, incanaq; menta  
 Cimyphij tondent hirci, setasq; comanteis  
 Vsum in castrorum, & miseris uelamina nautis,  
 Pascuntur uero sylvas & summa Lycae,  
 Horrenteisq; rubos, & amantes ardua dumos.  
 Atq; ipsæ memores redeunt in tecta, suosq;  
 Ducunt, & grauido superant uix ubere limen,  
 Ergo omni studio glaciem, uentosq; niuales,  
 Quo minus est illis curæ mortalis egestas,  
 Auertes, uictumq; feres, & uirgea latus  
 Pabula, nec tota claudes scenilia bruma.  
 At uero Zephyris cum leta uocantibus æstus  
 In saltus utrunq; gregem, atq; in pascua mittes  
 Luciferi primo, cum sydere frigida rura  
 Carpamus, dum mane nouum, dū gramina canent,  
 Et ros in tenera pecori gratissimus herba.  
 Inde ubi quarta sitim coeli colligerit hora,  
 Et cantu querulæ rumpent arbusta cicadæ  
 Ad puteos, aut alta greges ad stagna iubeto  
 Currentem lignis potare canalibus undam,  
 Aestibus at medijs umbrosam exquirere uallent,  
 Sicubi magna Iouis antiquo robore quercus  
 Ingentes tendat ramos, aut sicubi nigrum  
 Ilicibus crebris sacra nemus accubet umbra,  
 Tum tenues dare rursus aquas, & pascere rursus  
 Solis ad occasum, cum frigidus aera Vesper

Tempes

L I B E R . I I I .

Temperat, & saltus reficit iam roscida luna,  
Littorâq; Halcyonem resonant, & Acanthida dumî.

Quid tibi pastores Libye, quid pascua uersu  
Prosequar? & raris habitata mapalia tectis?  
Sæpe diem, noctemq; & totum ex ordine mensem  
Pascitur, utq; pecus longa in deserta sine ullis  
Hospitijs, tantum campi iacet, omnia secum  
Armentarius apher agit, tectumq; laremq;  
Armaq; Amyclæumq; canem, cressamq; pharetram  
Non secus, ac patrijs acer Romanus in armis  
In iusto sub fasce uiam cum carpit, & hosti  
Ante expectatum positis stat in agmine castris.  
At non qua Scythiae gentes, Mæoticaq; unda,  
Turbidus & torquens flauentes Ister arenas,  
Quaq; redit medium Rhodope porrecla sub axem,  
Ilic clausa tenent stabulis armenta, neq; illæ  
Aut herbe campo apparent, aut arbore frondes,  
Sed tacet aggeribus niueis informis, & alto  
Terra gelu late, septemq; assurgit in ulnas.  
Semper hyems, semper spranteis frigora Cauri.  
Tum sol pallentes haud unquam discutit umbras.  
Nec cum inuectus equis altum petit æthera, nec cun  
Præcipitem Oceanu rubro lauit æquore currum.  
Concrescant subite currenti, in flumine crustæ,  
Vndaq; iam tergo ferratos sustinet orbes.  
Puppibus illa prius patulis, nunc hospita plaustris,

## GEOR.

Aeraq; dissipunt uulgo, uestesq; rigescunt  
Indutæ, cœduntq; securibus humida uima,  
Et totæ solidam in glaciem uertere lacunæ,  
Stiriaq; impexis induruit horrida barbis.  
Interea toto non secius aere ningit.  
Intercidunt pecudes, stant circumfusa pruinis  
Corpora magna boum, confertoq; agmine cerui  
Torquent mole noua, et summis uix cornibus extant,  
Hos non immisis canibus, non cassibus ullis,  
Puniceæ ue agitant pauidos formidine penne,  
Sed frustra oppositum trudentes pectore montem,  
Cominus obtruncant ferro, grauiterq; rudentes  
Cœdunt, et magno leti clamore reportant.  
Ipsi inde fossis specubus secura sub alta  
Ocia agunt terra, congestaq; roboratotias  
Aduoluere focis ulmos, igniq; dedere.  
Hic noctem ludo ducunt, et pocula lœti  
Fermento, atq; acidis imitantur uitea sorbis.  
Talis Hyperboreos septem subiecta Trioni  
Gens effrena uirum Ripheo tunditur Euro,  
Et pecudum fuluis uelantur corpora setis.  
Si tibi lanicum curæ, primum aspera sylua,  
Lappaq; tribulicq; absint, fuge pabula lœta,  
Continuoq; greges ullus lege molibus albos.  
Uillum autem (quamvis aries sit candidus ipse)  
Nigra subest uido tantum cui lingua palato

Reijce,

### L I B E R III.

Reijce, ne maculis infuscet uellera pullis  
Nascentum, plenoq; alium circumspice campo.  
Munere sic niueo lanæ ( si credere dignum est )  
Pan deus Arcadiæ captam te Luna fæsellit  
In nemora alta uocans, nec tu aspernata uocantem  
At cui lactis amor, Cythisum, lotosq; frequentes,  
Ipse manu falsasq; ferat præsepibus herbas.  
Hinc et amant fluuios magis, & magis ubera tendunt  
Et salis occultum referunt in lacte saporem.  
Multi iam excretos prohibent à matribus hædos,  
Primaq; ferratis præfigunt ora capistris.  
Quod surgente die muliere. horisq; diurnis,  
Nocte premunt, quod iam tenebris, & sole cadente,  
Sub lucem exportant calathis, adit oppida pastor,  
Aut parco sale contingunt, hyeniq; reponunt,  
Nec tibi cura canum fuerit postrema, sed una  
Veloci. Spartæ catulos, acremq; molossum  
Pasce sero pingui, nunquam custodibus illis  
Nocturnum stabulis furem, incursusq; luporum,  
Aut impacatos à tergo horrebis lberos.  
Sæpe etiam cursu timidos agitabis onagros,  
Et canibus leporem, canibus uenabere damas.  
Sæpe uolutabris pulsos sylvestribus apros  
Latrato turbabis agens, montesq; per altos  
Ingentem clamore premes ad retia ceruum.  
Disce & odoratam stabulis accendere cedrum

## G E O R.

Galbaneoq; agitare graues nidore chelydros.  
Sæpe sub immotis præsepibus, aut mala tactu  
Vipera delituit, cœlumq; exterrita fugit,  
Aut tecto assuetus coluber succedere, & umbræ  
Pestis acerba boum, pecoriq; aspergere virus,  
Fouit humum, cape saxa manu, caper obora pastor,  
Tollentemq; nimas & sibila colla tumentem,  
Deicce, iamq; fuga timidum caput abdidit alte  
Cum medijs nexus, extremæq; agmina caudæ,  
Soluuntur, tardosq; trahit sinus ultimus orbes.  
Est etiam ille malus calabris in saltibus anguis,  
Squamea conuoluens sublato pectore terga,  
Atq; notis longam maculosus grandibus aluum,  
Qui dum amnes ulli rumpuntur fontibus, & dum  
Vere madent udo terre, ac pluuialibus austris,  
Stagna colit, ripisq; habitans, hic piscibus atram.  
Improbis ingluuem, ranisq; loquacibus explet.  
Postquam exhausta palus, terræq; ardore dehiscunt  
Exlit in siccum, & flammantia lumina torquens  
Sævit agris, asperq; siti, atq; exterritus æstu,  
Ne mihi tum molles sub diuo carpere somnos.  
Neu dorso nemoris libeat iacuisse per herbas,  
Cum positis nouis exuuijs, nitidusq; iuuenta  
Voluitur, aut catulos tectis, aut oua relinquens  
Arduus ad solem, & linguis micat ore trifulcis,  
Morborum te quoq; caussas, & signa docebo,  
Turpis

L I B E R . III.

Turpis oues tentat scabies ubi frigidus humber  
Alius ad uitium persedit, et horrida cano  
Bruma gelu, uel cum tonsis illotus adhaesit  
Sudor, et hirsuti secuerunt corpora uepres.  
Dulcibus iecirco fluuijs pecus omne magistri  
Perfundunt, uidisq; artes in gurgite uillis  
Mersatur, missusq; secundo defluit amni,  
Aut tonsum tristi contingunt corpus amurca.  
Et spumas miscent argenti ac sulphura uiua  
Idaeasq; pices, et pingueis unguine ceras,  
Scyllamēq; , helleborosq; graues, nigrumq; bitumen.  
Non tamen illa magis praesens fortuna laborum est,  
Quām si quis ferro potuit rescindere summum  
Ulceris os, alitur uitium, uiuitq; tegendo,  
Dum medicas adhibere manus ad uulnera pastor  
Abnegat, et meliora deos sedet omnia poscens.  
Quin etiam ima dolor balantum lapsus ad offa  
Cum furit, atq; artus depascitur arida febris,  
Profuit incensos æstus auertere, et inter  
Ima ferre pedis salientem sanguine uenam,  
Bisaltæ quo more solent, acerq; Gelonus,  
Cum fugit in Rhodopen, atq; in deserta Getarum,  
Et lac concretum cum sanguine potat equino,  
Quam procul aut molli succedere saepius umbræ  
Videris, aut summas carpentem ignauus herbas,  
Extremamq; sequi, aut medio procumbere campo

## G E O R.

Pascentem, & seræ solam decadere nocti,  
 Continuo ferro culpam compesce, prius, quam  
 Dira per incautum serpentis contagia uulgas.  
 Non tam creber agens hyemem ruuit æquore turbo,  
 Quam multæ pecudum pestes, nec singula morbi  
 Corpora corripiunt, sed tota æstua repente,  
 Spemq; gregemq; simul, cunctamq; ab origine gente  
 Tum sciat aërias Alpes, & norica si quis  
 Castella in tumulis, & lapidis arua Timauit,  
 Nunc quoq; post tanto uideat, desertaq; regna  
 Pastorum, & longe saltus, lateq; uacantes.  
 Hic quondam morbo coeli miseranda coorta est  
 Tempestas, totoq; autumni incanduit æstu,  
 Et genus omni neci pecudum dedit, omne ferarum,  
 Corrupitq; lacus, infecit pabula tabo.  
 Nec uia mortis erat simplex, sed ubi ignea uenis  
 Omnibus acta fitis miserios adduxerat artus,  
 Rursus abundabat fluidus liquor, omniaq; in se  
 Ossa minutatim morbo collapsa trahebat.  
 Sæpe in honore deum medio stans hostia ad aram.  
 Lanata dum nivea circundatur insula uitta,  
 Inter cunctantes ecclit moribunda ministros,  
 Aut si quam ferro mactauerat ante sacerdos,  
 Inde neq; impositis ardent altaria fibris,  
 Nec responsa potest consultus reddere Vates.  
 At hix suppositi imguntur sanguine cultri,

Summaq;

L I B E R III.

Summaq; ie*u*na sanie infuscatur arena,  
Hinc laetis uituli uulgo moriuntur in herbis,  
Et dulces animas plena ad præsepiæ reddunt,  
Hinc canibus blandis rabies uenit, & quatuor ægros  
Tus*s* is anhela sues, ac faucibus angit obesis.  
Labitur infelix studiorum, atq; immemor herbæ  
Victor equus, fontesq; auertitur, & pede terram  
Crebra ferit, demissæ aures, incertus ibidem  
Sudor, & ille quidem morituris frigidus aret  
Pellis & ad tactum tractanti dura resistit.  
Hæc ante exitium primis dant signa diebus,  
Si*n* in processu cœpit crudescere morbus,  
Tum uero ardentes oculi, atq; attractus ab alto  
Spiritus interdum gemitu grauis, imaq; longo  
Ilia singultu tendunt, ut naribus ater  
Sanguis, & obsessas fauces premit aspera lingua.  
Prosuit inserto latices infundere cornu  
Lenæos, ea uisa salus morientibus una.  
Mox erat hoc ipsum exitio, furijsq; recti  
Ardebat, ipsiq; suos iam morte sub ægra.  
(Dij meliora pijs, erroremq; hostibus illum)  
Discissos nudis laniabant dentibus artus,  
Ecce autem duro fumans sub uomere taurus  
Concidit, & mixtum spumis uomit ore cruentem,  
Extremosq; et gemitus, ut tristis arator  
Mœrentem abiungens fraterna morte iuuencum,

G E O R.

Aliq; opere in medio defixa reliquit atra.  
Non umbræ altorum nemorū, non grama possunt  
Grata mouere animum, non qui per saxa uolus  
Purior electro campum petit annis, at ima  
Soluuntur latera, atq; oculos stupor urget inerteis,  
Ad terramq; fluit deuexo pondere ceruix.  
Quid labor aut benefacta iuuāt? quid uomere terras  
Inuertisse graues? at qui non Maſtia Bacchi  
Munera, non illis epule nocuere reponſe,  
Frondibus & uictu pascuntur simplicis herbæ.  
Pocula ſunt fontes liquidi, atq; exercita curſu  
Flumina, nec ſomnos abrumpit cura ſalubres.  
Tempore non alio dicunt regionibus illis  
Quæſitas ad ſacra boues lunonis, & uris  
Imparibus, ductos alta ad donaria currus.  
Ergo ægre raſtris terram rimantur, & ipſis  
Vnguibus infodiunt fruges, montesq; per altos  
Contenta ceruice trahunt ſtridentia plaſtra.  
Non lupus inſidias explorat ouilia circum,  
Nec gregibus nocturnus obambulat, acrior illum  
Cura domat, timidi Dame, ceruicq; fugaces,  
Nunc interq; canes, & circumtecta uagantur  
Iam maris immensi prolem, & genus omne natantū  
Litore in extremo, ceu naufragia corpora fluctus  
Proluit, insolite fugiunt in flumina phoca.  
Interit & curuis fruſtra deſensa latebris

Vipera

## L I B E R   III.

Vipera, & attoniti squamis astantibus hydri.  
Ipsis est aer aubus non æquus, & ille  
Præcipites alta uitam sub nube relinquunt.  
Præterea iam nec mutari pabula refert,  
Quæsitæq; nocent artes, cessere magistri  
Phyllrides Chiron, Amythaoniusq; Melampus.  
Sævit & in lucem stygijs emissâ tenebris  
Pallida Tesiphone, morbos agit ante, metumq;  
Inq; dies audum surgens caput altius effert,  
Balatu pecorum, & crebris rugitibus amnes,  
Arentesq; sonant ripæ, collesq; supini  
Iamq; cateruatim dat stragem, atq; aggerat ipsis  
In stabulis, turpi dilapsa cadavera tabo,  
Donec humo tegere, ac foueis abscondere discunt.  
Nam neq; erat corijs usus, nec uiscera quisquam,  
Aut undis abolere potest, aut uincere flamma.  
Nec tondere quidem morbo, illuuietq; peresa  
Vellera, nec telas possunt attingere putres,  
Verum etiam iniros si quis tentarat amictus,  
Ardentes papule, atq; immundus olientia sudor  
Membra sequebatur, nec longo di inde moranti  
Tempore, contractos artus facer ignis edebat.

MODESTINI IVRIS CONSULTI  
in Quartum Georgicorum,  
Argumentum.

G E O R .

Prolinus aeris mellis redolentia regna,  
Hyblæas & apes, aluorum & cærea tecla,  
Quicq; albiflores, examina quæq; legenda  
Iudicat, humenteisq; fauos, coelestia dona,

P. V. M. GEORGICORVM

Liber Quartus.

**P**rotinus aerij mellis cœlestia dona  
Exequar, hanc etiam Mæcenas aspice partem.  
Admiranda tibi leuitum spectacula rerum,  
Magnanimosq; duces, totiusq; ex ordine gentis  
Mores & studia, & populos, & prælia dicam.  
In tenuilabor, at tenuis non gloria, si quem  
Numina leua sinunt, auditq; uocatus Apollo.

Principio, sedes apibus, statioq; petenda,  
Quo neq; sit uentis aditus (nam pabula uenit  
Ferre domum prohibent) neq; oues, hædiq; petulci  
Floribus insultent, aut errans bucula campo  
Decutiat rorem, & surgentes atterat herbas.  
Absint & pœsti squalentia terga lacerti  
Pinguis à stabulis, meropesq; aliæq; uolucres,  
Et manibus Progne pectus signata cruentis.  
Omnia nam late uastant, ipsasq; uolantes,  
Ore ferunt, dulcem nidis immutibus escam.  
At liquidi fontes, & stagna uirentia musco  
Adsist, & tenuis fugiens per gramina riuus,

Palmaq;

LIEER III.

Palmaq; uestibulum, aut ingens oleaster obumbrat  
 Ut cum prima noui ducent examina reges  
 Vere suo, ludei q; fauis e missa iuuentus,  
 Vicina invitit decadere ripa calor,  
 Obviaq; hospitijs teneat frondentibus arbos.  
 In medium, seu stabit imers, seu profluet humor  
 Transuersas salices, & grandia coniice saxa  
 Pontibus ut crebris possint consistere, & alas  
 Pandere ad aestuum solem, si forte moranteis  
 Sparserit, aut præceps Neptuno immerserit Eurus.  
 Hæc circum casiae uirides, & olentia late  
 Serpilla, & grauiter spirantis copia thymbre.  
 Floreat, irriguumq; bibant uiolaria fontem.  
 Ipsa autem seu corticibus tibi suta cauatis,  
 Seu lento fuerint aluearia uimine texta,  
 Angustos habeant aditus, nam frigore mella  
 Cogit hyems, eademq; calor liquefacta remittit,  
 Vtraq; uis apibus pariter metuenda, neq; ille  
 Ne quicquam in tectis certatim tenuia cera  
 Spiramenta linunt, fucoq; & floribus oras  
 Explent, collectumq; hæc ipsa ad munera gluten,  
 Et usco, & Phrygiae seruant pice lentius Idæ.  
 Sæpe etiam effossis (si uera est fama) latebris.  
 Sub terra fodere larem, penitusq; reperta,  
 Pumicibusq; cauis, excæsq; arboris aniro.  
 Tu tamen et leui rimosa cubilia limo

## GEOR.

Vnge, fouens circum, & raras super iniice frôdes  
Neu proprius teclis taxum sine, neue rubentes  
Vre foco cancros, altæ neu crede paludi,  
Aut ubi odor cœni gravis, aut ubi concava pulsū  
Saxa sonant, uocisq; offensa resultat imago.  
Quod superst̄, ubi pulsam hyemem sol aureus egit  
Sub terras, cœlumq; æstua luce reclusit,  
Ille continuo saltus, sylvasq; peragrat,  
Purpureosq; metunt flores, & flumina libant  
Summa leues, hinc nescio qua dulcedine læte  
Progeniem, nidosq; fouent, hinc arte recentes  
Excludunt ceras, & mella tenacia figunt.  
Hinc ubi iam emissum caueis ad sydera cœli,  
Nare per æstatem liquidam suspexeris agmen  
Obscuramq; trahi uento mirabere nubem,  
Contemplator, aquas dulcis, & frondea semper  
Tecta petunt huc tu iussos, asperge sapores,  
Trita meliphylla, & Cerinthe ignobile gramen,  
Timnitusq; cie, & matris quate cymbala circum,  
Ipsæ confident medicatis sedibus, ipsæ  
Intima more suo sese in cunabula condent.

Sin autem ad pugnam exierint (nā sēpe duobus  
Regibus incessit magno discordia motu)  
Continuoq; animos uulgi, & trepidantia bello  
Corda, licet longe præsciscere, manq; morantes  
Martius ille æris rauci canor increpat, & uox  
Auditur,

LIBER IIII.

Auditur, fractos sonitus imitata tubarum.

Tum trepidæ inter se coeunt, pennisq; coruscant,

Spiculaq; exacuunt rostris, aptantq; lacertos,

Et circa regem, atq; ipsa ad prætoria densæ

Miscentur, magnisq; uocant clamoribus hostem.

Ergo ubi uer naclæ sudum, camposq; patenteis

Erumpunt portis, concurritur, æthere in alto

Fit sonitus, magnum mixtæ, glomerantur in orbem,

Præcipitesq; cadunt, non densior aere grando-

Nec de concussa tantum pluit ilice glandis.

Ipsi per medias acies, insignibus alis,

Ingentes animos angusto in pectore uersant.

Vsq; adeo obnixi non cedere, dum grauis, aut hos,

Aut hos, uersa fuga uictor dare terga coegit.

Hi motus animorum, atq; hæc certamina tanta,

Pulueris exigui iactu compressa quiescent.

Verum ubi ductores acie reuocaueris ambos,

Deterior qui uisus eum, ne prodigus obfit,

Dede neci, melior uacula sine regnet in aula.

Alteri erit maculis, auro squalentibus ardens,

( Nam duo sunt genera ) hic melior insignis & ore,

Et rutilis clarus squamis, ille horridus alter

Desidia, latamq; trahens inglorius aluum.

Ut binæ regum facies, ita corpora gentis.

Nanq; aliæ turpes horrent, ceu puluere ab alto

Cum uenit, & terram sicco spuit ore uiator

Aridus, eluent alie, & fulgore coruscant  
 Ardentis auro, & paribus lita corpora guttis.  
 Hec potior soboles, hinc cœli tempore certo  
 Dulcia mella premes, nec tantum dulcia, quantum,  
 Et liquida, & durum bacchi domitura saporem,  
 At cum incerta uolant, cœloq; examina ludunt,  
 Contemnuntq; fauos, & frigida tecta relinquunt,  
 Instabiles animos ludo prohibebis imani,  
 Nec magnus prohibere labor, ture regibus alas  
 Eripe, non illis quisquam cunctantibus, altum  
 Ire iter, aut castris audet uellere signa.  
 Inuitent croceis halantes floribus horti,  
 Et custos furum, atq; auium cum falce saligna  
 Helle spontiaci seruet tutela Priapi.  
 Ipse thymum, pinosq; ferens de montibus altis,  
 Tecta serat late circum, cui talia curæ,  
 Ipse labore manum duro terat, ipse feraces  
 Figat humo plantas, & amicos irriget hymbres,  
 Atq; equidem extremo ni iam sub fine laborum  
 Vela traham, & terris festinam aduertere proram,  
 Forfitan & pingues hortos quæ cura colendi  
 Ornaret canerem, biferiq; rosaria pesti,  
 Quoq; modo potis gauderent intyba riuis,  
 Et urides apio ripæ, tortusq; per herbam  
 Cresceret in uentre cucumis, nec sera comantem  
 Narcissum, aut flexi tacuisse uimen acanthi,

Pallene

## LIBER III.

Pallentesq; hederas, & amantes littora myrtos,  
 Namq; sub Oebaliae memini me turribus altis,  
 Qua niger humectat flauentia culta Galesus,  
 Corytum uidisse senem, cui paucare reliqui  
 Iugera ruris erant, nec fertilis illa iuuencis,  
 Nec pecori opportuna seges, nec commoda Baccho,  
 Hic rarum tamen in dumis holus, albaq; circum  
 Lilia, uerbenasq; premens, uescumq; papauer,  
 Regum & equabat opes animis, seraq; reuertens  
 Nocte domum, dapibus mensas onerabat inemptis,  
 Primus uere rosam, atq; autumno carpere poma,  
 Et cum tristis hyems etiam nunc frigore saxa  
 Rumperet, & glacie cursus froenaret aquarum,  
 Ille comam mollis iam tum tondebat acanthi,  
 Aestatem increpitans seram, Zephyrosq; morantes,  
 Ergo apibus foetis idem, atq; examine multo  
 Primus abundare, & spumantia cogere pressis  
 Mella fauis, illi tiliæ, atq; uberrima primus,  
 Quotq; in flore nouo pomis se fertilis arbos  
 Induerat, totidem autumno matura tenebat,  
 Ille etiam seras in uersum distulit ulmos,  
 Eduramq; pirum, & spinos tam pruna ferentes,  
 Lamq; ministrantem platanū potantibus umbram.  
 Verum hæc ipse equidem spatijs disclusus iniquis  
 Prætereo, atq; alijs post commemoranda relinquo,  
 Nunc age naturas apibus, quas luppiter ipse

G E O R .

Addidit, expediam, pro qua mercede canoros  
Curetum sonitus, crepitantiaq; æra secutæ,  
Dictæo cœlire regem pauere sub antro.  
Sole communes natos, consortia tecta  
Vrbis habent, magnisq; agitant sub legibus euum,  
Et patriam solæ, & certos nouere penates.  
Venturæq; hyemis memores, æstate laborem  
Experiuntur, & in medium quæsita reponunt.

Nanq; aliæ uictu inuigilant, & foedere pacto  
Exercentur agris, pars intra septa domorum  
Narcissi lachrymam, & lentum de cortice gluten  
Prima fauis ponunt fundamina, deinde tenaceis  
Suspendunt ceras, aliæ spem gentis adulos  
Educunt foetus, aliæ purissima mella  
Stipant, & liquido, distendunt nectare cellas.  
Sunt quibus ad portas cecidit custodia sorti,  
Inq; uicem speculantur aquas, & nubila cœli,  
Aut onera accipiunt uenientum, aut agmine facto  
Ignauum fucos pecus à præscipibus arcent.  
Feruet opus, redolentq; thymo fragrantia mella.

At ueluti lentis cyclopes fulmina massis  
Cum properant, alijs taurinis follibus auras  
Accipiunt, redduntq; alijs stridentia tingunt  
Aera lacu, gemit impositis incudibus Actna,  
Uli inter se se magna ui brachia tollunt  
In numerum, uersantq; tenaci forcipe ferrum.

NON

L I B E R   III.

Non aliter ( si parua licet componere magnis )  
Cecropias innatus apes amor urget habendi.  
Munere quanq; suo, grandæuis oppida curæ,  
Et munire fauos, & Dædala fingere tecta.  
At fessæ multa referunt se nocte minores,  
Crura thymo plenæ, pascuntur & arbuta paßim,  
Et glaucas salices, casiamq; crocumq; rubentem,  
Et pingueum tiliam, & ferrugineos hiacinthos.  
Omnibus una quies, operum labor omnibus unius.  
Maneruunt portis, nusquam mora, rursus easdem  
Vesper ubi ē pastu tandem decedere campis  
Admonuit, tum tecta petunt, tum corpora curant.  
Fit sonitus, mussantq; oras, & limina circum  
Post ubi iam thalamis se composuere, filetur.  
In noctem, fessosq; sopor suus occupat artus.  
Nec uero à stabulis pluvia impendente recedunt  
Longius, aut credunt coelo aduentantibus Euris,  
Sed circum tutæ sub mœnibus urbis aquantur.  
Excursusq; breues tentant, & sæpe lapillos  
Ut cymbæ instabiles fluctu tactante faburram  
Tollunt, his sese per inania nubila librant.  
Illum adeo placuisse apibus mirabere morem,  
Quod nec concubitu indulgent, nec corpora segnes  
In Venerem soluunt, aut foetus nixibus edunt.  
Verum ipsæ folijs natos, & suauibus herbis  
Ore legunt, ipsæ regem, paruosq; quirites

G E O R.

Sufficiunt, aulasq; & cærea regna refigunt.  
Sæpe etiam duris errando in cotibus, alas  
Attruere, ultróq; animam sub fasce dedere.  
Tantus amor florum, & generandi gloria mellis  
Ergo ipsas quamuis angusti terminus æui  
Excipiat (neq; enim plus seplima dicitur ætas)  
At genus immortale manet, multosq; per annos  
Stat fortuna domus, & cui numerantur auorum.

Prætereat regem non sic Aegyptus, & ingens  
Lydia, nec populi Parthorum, aut Medus Hydaspes  
Obseruant, rege incolunt, mens omnibus una est,  
Amisso, rupere fidem, constructaq; mella  
Diripuere ipse, & crates soluere fauorum.  
Ille operum custos, illum admirantur, & omnes  
Circumstant fremitu denso, stipantq; frequentes,  
Et sæpe attollunt humeris, & corpora bello  
Obiectant, pulchramq; petunt per uulnera mortali.  
His quidam signis, atq; hæc exemplo secuti,  
Esse apibus partem diuinæ mentis, & hanstus  
Aethereos dixeré deūm, nanc; ire per omnes  
Terrasq; tractusq; maris, coelumq; profundum.  
Hinc pecudes, armenta uiros, genus omne ferarum.  
Quenq; sibi tenucis nascentem arcessere uitæ,  
Scilicet huc reddi deinde, ac resoluta referri  
Omnia nec morti esse locum, sed uiua uolare  
Syderis in numerum, atq; alto succedere caelo.

L I B E R   III.

Si quando sedem augustam , seruataq; mella  
Thesauris relines , prius haustus sparsus aquarum  
Ore fove , fumosq; manu prætende sequaces .  
Bis grauidos cogunt foetas , duo tempora messis ,  
Taygete simul os terris ostendit honestum  
Pleias , & Oceanus spretos pede repulit amnes ,  
Aut eadem sydus fugiens ubi piscis aquosi ,  
Tristior hybernas cœlo descendit in undas ,  
Illiis ira modum supra est , lesæq; uenenum  
Morsibus inspirant , & spicula cœca relinquunt  
Affixæ uenis , animasq; in uulnere ponunt .  
Sim duram metuens hycemem , pacesq; futuro ,  
Contusosq; animos , & res miserabere fractas ,  
Aut suffire thymo , cæcasq; recidere inanes  
Quis dubitet ? nam sæpe , fauos ignotos adedit  
Stellio , & lucifugis congesta cubilia blattis  
Immunisq; sedens aliena ad pabula fucus  
Aut asper crabro imparibus se immiscuit armis ,  
Aut durum tineæ genus , aut inuisa Mineruæ  
In foribus laxos suspendit aranea classes .  
Quo magis exhaustæ fuerint , hoc acrius omnes  
Incubent generis lapsi sarcire ruinas ,  
Complebuntq; foros , & floribus horrea texent .  
Si uero ( quontiam casus apibus quoq; nostros  
Vita tulit ) tristi languebunt corpora morbo .  
Quod iam non dubijs poteris cognoscere signis ,

G E O R.

Continuo est egris aliis color, horrida uultum  
Deformat maces, tum corpora luce carentum  
Exportant teclis, & tristia funera ducunt,  
Aut ille pedibus connexæ ad limina pendent,  
Aut intus clausis cunctantur in ædibus omnes  
Ignauæq; fame, & coniacto frigore pigræ.  
Tum sonus auditur grauior, tractimq; susurrant,  
Frigidus ut quondam syluis immurmurat Auster,  
Ut mare sollicitum stridet refluxentibus undis,  
Aestuat ut clausis rapidus fornacibus ignis.  
Hic iam Galbaneos suadebo incendere odores,  
Mellaq; arundineis inferre canalibus ultro  
Hortantem, & fessas ad pabula nota uocantem.  
Proderit, & tunsum gallæ admiscere saporem,  
Arentesq; rosas, aut igni pinguisa multo  
Defruta, uel psythia passos de uite racemos,  
Cecropiumq; thymū, & graue olentia centaurea.  
Est etiam flos in pratis, cui nomen amello  
Fecere agricolæ, facilis querentibus herba.  
Nang; uno ingeniem tollit de cespite syluam,  
Aureus ipse, sed in folijs, quæ plurima circum  
Funduntur, uolæ sublucet purpura nigrae.  
Sepe decum nexas ornate torquibus aræ.  
Affer in ore sapor, tonsis in uallibus illum  
Pastores, & curua legunt prope flamina Mællæ.  
Huius odorato radices incoque Baccho,

Pabulaq;

L I B E R . IIII.

Pabulaq; in foribus plenis adpone canistris.  
Sed si quem proles subito defecerit omnis,  
Nec genus unde noue stirpis reuocetur habebit,  
Tempus & Arcadij memorāda iuuenta magistri  
Pandere, quoq; modo cæsis iam saepē iuencis  
Insincerus apes tulerit crux, altius omnem  
Expediam, prima repetens ab origine famam.  
Nam qua Pellæ gens fortunata Canopti  
Accolit effuso stagnantem flumine Nilum,  
Et circum pictis uechitur sua rura phaselis,  
Quaq; pharetrat & uicinia Persidis urget,  
Et uiridem Aegyptum nigra fœcundat arena,  
Et diversa ruens septem discurrit in ora,  
Vsq; coloratis annis deuexus ab Indis,  
Omnis in hac certam regio tacit arte salutem.  
Exiguus primum, atq; ipsos contractus ad usus  
Eligitur locus, hunc angustiq; imbrice tecti,  
Parietibusq; premunt arctis, & quattuor addunt  
Quattuor e uentis obliqua luce fenestras,  
Tum uitulus bima curuans iam cornua fronte  
Queritur, huic geminæ narcs, & spiritus oris  
Multæ reluctanti obstruitur, plagiisq; perempto  
Tunsa per integrum soluuntur uiscera pelle.  
Sic positum in clauso linquunt, & ramea costis  
Subiiciunt fragmenta, thymum, casiasq; uirentes.  
Hoc geritur Zephyris primum impellentibus undas

G E O R.

Ante nouis rubeant quam prata coloribus , ante  
Garula quam tignis nidum suspendat hirundo .  
Intercat teneris tepefactus in obibus humor  
Aestuat , et uisenda modis animalia miris  
Trunca pedum primo , mox et stridentia pennis  
Miscentur , tenuemq; magis , magis aera carpunt .  
Donec ut aestuatis effusus nubibus imber  
Erupere , aut ut neruo pulsante sagittae  
Primalieues incunt siquando prelia Parthi .  
Quis deus hanc musæ , quis nobis extudit artem ?  
Vnde noua ingressus hominum experientia coepit ?  
Pastor Aristeus fugiens pena tempe ,  
Amis̄sis (ut fama) apibus , morboq; , fameq;  
Tristis ad extremi sacrum caput astuit amnis  
Multa querens , atq; hac affatus uoce parentem .

Mater Cyrene , mater , quæ gurgitis huus  
Ima tenes , quid me preclara stirpe decorum  
(Si modo quæ perhibes , pater est Tymbræus apollo )  
Inuisum fatis genuisti ? aut quo tibi nostri  
Pulsus amor ? quid me coelum sperare iubebas ?  
En etiam hunc ipsum uitæ mortalis honorem ,  
Quem mihi uix frugum , et pecudū custodia solers  
Omnia tentanti extuderat , te matre relinquo  
Quonage , et ipsa manu felices erue sylvas  
Fer stabulis mimicum ignem atq; interfice messes ,  
Uresata , et ualidam in uires molire bipennem ,  
Tanta

L I B E R III.

Tanta meæ si te ceperunt tædia laudis .  
At mater sonitum i thalamo sub fluminis alti  
Sensit , eam circum Milesia uellera nymphæ  
Carpebant hyali saturo fucata colore ,  
Drymoq; , Xantoq; , Ligaeq; , Phyllodocceq; ,  
Casariem effusæ nutidam per candida colla ,  
Nisæq; , Spioq; , Thaliaq; , Cymodoceq; ,  
Cydippe , & flaua Lycorias , altera virgo ,  
Altera tum primos Lucine experta labores ,  
Clioq; & Beroe soror , Oceanitides ambæ ,  
Ambæ auro , pictis incinctæ pellibus ambæ ,  
Atq; Ephyre , atq; Opis atq; Asia , & Deiopeda ,  
Et tandem positis uelox Arethusa sagittis ,  
Inter quas curam Clymene narrabit manem  
Vulcani , Martisq; dolos , & dulcia farta ,  
At que chao densos diuum numerabat amores ,  
Carmine quo capte dum fusis mollia pensa  
Deuoluunt , uerum maternas impulit aures  
Luctus Aristei , utreisq; sedilibus omnes  
Obstupuere , sed ante alias Arethusa sorores  
Prospiciens , summa placidum caput extulit unda ,  
Et procul . O gemitu nō frustra exterrita tanto ,  
Cyrene soror , ipse tibi tua maxima cura  
Tristis Aristæus Penei genitoris ad undam  
Stat lacrymans , & te crudelem nomine dicit .  
Huic perculta noua mentem formidine mater ,

## G E O R.

Due age, due ad nos, fas illi limina diuum  
 Tangere ait, simul alta iubet discedere late  
 Flumina, qua iuuenis gressus inferret, at illum  
 Curvata in montis faciem circumstetit unda,  
 Accepitq; sinu uasto, misitq; sub amnem,  
 Tamq; domum mirans genitricis, & humida regna,  
 Speluncisq; lacus clausos, lucosq; sonantes,  
 Ibat, & ingenti motu stupefactus aquarum,  
 Omnia sub magna labentia flumina terra  
 Spectabat diuersa locis, phasimq;, Lycumq;  
 Et caput unde altus primum se rupit Enipeus,  
 Vnde pater Tyberinus, & unde Anienam fluente,  
 Saxosumq; sonans Hypanis, Mysusq; Caucas,  
 Et gemina auratus taurino cornua uuliu  
 Eridanus, quo non aliis per pinguis culta  
 In mare purpureum uiolentior influit amnis.  
 Postquam est in thalami pendentia pumice tecta  
 Peruentum, & nati fletus cognoui inanes  
 Cyrene, manibus liquidos dant ordine fontes  
 Germanae, tonsisq; ferunt mantilia uillis.  
 Pars epulis onerant mensas, & plena reponunt  
 Pocula, Panchaeis adolescenti ignibus aræ.  
 Et mater, cape Mœonij Carchesia Bacchi  
 Oceano libemus ait, simul ipsa precatur  
 Oceanumq; patrem rerum, nymphasq; sorores,  
 Centum que sylvas, centum que flumina seruant;

Ter

L I B E R   III.

Ter liquido ardente perfudit neflare uestam,  
Ter flamma ad summum te eti subiecta relaxat.  
Omine quo firmans animum, sic incipit ipsa.  
Est in Carpathio Neptuni gurgite Vates  
Cœruleus Proteus, magnum qui piscibus æquor,  
Et uincto bipedum curru metitur equorum.  
Hic nunc Acmathie portus, patriamq; reuifit  
Pallenem, hunc & nymphæ ueneramur, & ipse  
Grandæus Nereus nouit, namq; omnia Vates,  
Quæ fint, quæ fuerint, quæ mox uentura trahantur.  
Quippe ita Neptuno uisum est, immania cuius  
Armenta, & turpes pascit sub gurgite phocas,  
Hic tibi nate prius uincis capiendus, ut omnem  
Expediat morbi cauſsam, euentus q; secundet,  
Nam sine ui non ulla dabit præcepta, neq; ullum  
Orando flectes, uim duram & uincula capto  
Tende, doli circum hæc demum frangentur inanes,  
Ipsa ego te, medios cum sol accenderit æstus,  
Cum situnt herbæ, et pecori iam gravior umbra est,  
In secreta senis ducam, quo fessus ab undis  
Se recipit, facile ut somno adgrediare iacentem.  
Verum ubi correplum manibus, uincisq; tenebis,  
Tum uarie illudent species, atq; ora ferarum.  
Fiet enim subito sus horridus, atraq; tigris,  
Squamofusq; draco, & uulua ceruice leæna,  
Aut acrem flamme sonitum dabit, atq; ita uincis

G E O R.

Excidet, aut in aquas tenues dilapsus abibit,  
 Sed quanto ille magis formas se uertet in omniis,  
 Tanto nate magis contendere tenacia vim clara,  
 Donec talis eru mutato corpore, qualem  
 Videris, incepto tegeret cum lumina somno.  
 Hæc ait, & liquidum ambrosiae diffudit odorem,  
 Quo totum nati corpus perduxit, at illi  
 Dulcis compositis spirauit crimibus aura,  
 Atq; habilis membris uenit uigor, est specus ingens  
 Exesi latere in montis, quo plurima uento  
 Cogitur, inq; sinus, scindit sese unda reductos,  
 Deprensis olim statio tutissima nautis.  
 Intus se uasti Proteus tegit obice saxi,  
 Hic tuuenem in latebris auersum à lumine nymphæ  
 Collocat, ipsi procul nebulis obscura recessit.  
 Iam rapidus torrens sittentes Sirios indos  
 Ardebat cælo, & medium sol igneus orbem  
 Hauserat, arebant herbæ, & caua flumina siccis  
 Faucibus ad limum radij tepefacta coquebant  
 Cum Proteus consueta petens e fluctibus anira  
 Ibat, cum uasti circum' gens humida ponti  
 Exultant rorem late dispergit amarum  
 Sternunt se somno diuerso in luore Phocæ.  
 Ipse (uelut stabuli custos in montibus olim,  
 Vesper ubi e pastu uitulos ad tecta reducit,  
 Audiuq; lupos aciunt balatibus agni)

Auditiq;

L I B E R . IIII.

Consedit scopulo medius , numerumq; recenset ,  
Cuius Aristaeo , quoniam est oblata facultas ,  
Vix defessa scenem passus componere membra ,  
Cum clamore ruit magno , manicisq; iacentem  
Occupat , ille sive contra non immemor artis  
Omnia transformat se se in miracula rerum ,  
Ignemq; , horribilemq; feram , fluuumq; liquevit .  
Verum ubi nulla fugam repperit fallax , uictus  
In se se credit , atq; hominis tandem ore locutus

Nam quis te iuuenum confidentissime nostras  
Iuicit adire domos ? quidue hinc petis ? inquit , at ille  
Scis Proteu , scis ipse , neq; est te fallere cuiquam ,  
Sed tu define uelle , Deum præcepta secuti  
Venimus huc , lapsis quæsumus oracula rebus .  
Tantum effatus , ad hæc uates ui deniq; multa  
Ardentes oculos intorsus lumine glauco ,  
Et grauiter frendens sic fatis ora resolut

Non te nullius exercent numinis iræ ,  
Magna lues commissa , tibi has miserabilis Orpheus  
Haud quaquam ob meritū pœnas ( ni fata resistari )  
Suscitat , & raptæ grauiter pro coniuge seuit ,  
Illa quidem dum te fugeret per flumina præcepit ,  
Immanem ante pedes hydrum moritura puella  
Seruantem ripas alta non uidit in herba .  
At chorus æqualis Dryadum clamore supremos  
Implerunt montes , flerunt Rhodopeiæ arces ,

G E O R.

Altisq; Pangæa, & Rhesi Mauortia tellus,  
Atq; Getæ, atq; Hebrus, atq; actias Oruthyia  
Ipse causa solans ægram testudine amorem,  
Te dulcis coniux, te solo in littore secum,  
Te ueniente die, te decedente canebat.  
Tænarias etiam fauces, alta hostia Ditis,  
Et caligantem nigra formidine lucum  
Ingressus, manesq; adiit, regemq; tremendum,  
Nesciaq; humanis precibus mansuescere corda.  
At cantu commotæ crebi de sedibus imis  
Umbrae ibant tenues, simulacraq; luce carentum  
Quam multa in sylvis auium se millia condunt.  
Vesper ubi aut hybernus agit de montibus imber  
Matres, atq; uiri, defunctaq; corpora uita  
Magnanimumq; heroū, pueri, innuptæq; pueræ,  
Impositiæq; rogis iuuenes ante ora parentum,  
Quos circum limus niger, & deformis arundo  
Cocyti, tardaq; palus, innabilis unda  
Alligat, & nouies Styx interfusa coërcet.  
Quin ipse stupuere domus, atq; intima Lætitia  
Tartara, cœurulcosq; implexæ crimibus angues  
Eumenides, tenuiæq; inhians tria Cerberus ora,  
Atq; Ixionei uento rota constitut orbis,  
Iamq; pedem referens, casus euaserat omneis,  
Redditæq; Eurydice superas ueniebat ad auras,  
Pone sequens (nanq; hanc dederat Proserpina legæ)

Clem

L I B E R . IIII.

Cum subita incautum dementia cœpit amantem,  
Ignoscenda quidem, scirent si ignoscere manes.  
Restituit, Eurydice nq; suam tam luce sub ipsa  
Immemor heu uictusq; animi respexit, ibi omnis  
Effusus labor, atq; immittis rupta tyranni  
Fœdera, terq; fragor stagnis auditus auernis,  
illa, quis et me inq; miserā et te p̄didit Orpheus?  
Quis tantus furor? en iterum crudeliare retro  
Fata uocant, conditq; natantia lumina somnus.  
Iamq; uale, feror ingenti circundata nocte,  
Inualidasq; tibi tendens, heu non tua, palmas.  
Dixit, et ex oculis subito, ceu sumus in auras  
Commixtus tenues fugit diuersa, neq; illum  
Prensante ne quicquam umbras, et multa uolentē  
Dicere præterea uidit, nec portitor Orci  
Amplius obiectam passus transire paludem.  
Quid faceret? quo se rapta bis coniuge ferret?  
Quo fletu manes, qua numina uoce moueret?  
Illa quidem stygia nabat iam frigida Cymba.  
Septem illum totos perhibent ex ordine menses  
Rupe sub aëria, deserti ad strymonis undam  
Fleuisse, et gelidis hæc euoluisse sub antris,  
Mulcentem tigris, et agentem carmine querens.  
Qualis populea mœrens philomela sub umbra  
Amissos queritur foetus, quos durus arator  
Obseruans nido implumes detraxit, at illa  
Flet nocte in ranoq; sedens miserabile carnets

## G E O R .

Integrat, & moestis late loca questibus implet.  
 Nulla uenus, nulliq; animum flexere hyemenæi.  
 Solus hyperboreas glacies, Tanaimq; nualem,  
 Aruaq; Riphæis nunquam uiduata pruinis  
 Lustrabat, Raptam Eurydicen, atq; irrita ditis  
 Dona quærens, spretæ Ciconum quo munere matres  
 Inter sacra deum, nocturnaq; orgia Bacchi,  
 Discerptum latos iuuenum sparsere per agros.  
 Tum quoq; marmorea caput à ceruice reuulsum  
 Gurgite cum medio portans Oeagrius Hebrus  
 Volueret, Eurydicen uox ipsa, & frigida lingua  
 Ah miseram Eurydicen, anima fugiente uocabat,  
 Eurydicen toto refrebant flumine ripæ.  
 Hæc Proteus, & se lactu dedit æquor in altum,  
 Quaq; dedit, spumantē undam sub uertice torfit.  
 At non Cyrene, namq; ultro affata timentem.

Nata licet tristeis animo deponere curas,  
 Hæc omnis morbi cauſſa, hinc miserabile nymphæ  
 Cum quibus illa choros lucis agitabat in altis,  
 Exitum misere apibus. tu munera supplex  
 Tende petens pacem, & faciles uenerare Napæas.  
 Namq; dabunt ueniam uolis irasq; remittent.  
 Sed modus orandi, qui sit, prius ordine dicam,  
 Quatuor eximus prestanti corpore tauros,  
 Qui tibi nunc uiridis depascunt summa Licæi  
 Delige, & intacta toudem ceruice iuuencas,  
 Quatuor his aras alta ad delubra dearum


L I B E R . I I I .

Constitue, & sacrum iugulis demitte cruentem.  
Corporaq; ipsa boum frondoso defere luco.  
Post ubi nona suos aurora ostenderit ortus,  
Inferias Orphei Leithaea papauera mittes,  
Et nigrum mactabis ouem, lucemq; reuises,  
Placatam Eurydicens uitula uenerabere cæsa.  
Haud mora, coniuino matris præcepta facebit.  
Ad delubra uenit, monstratas excitat aras  
Quatuor extimis præstanti corpore tauros  
Dicit. & intacta totidem ceruice iuuencas.  
Post ubi nona suos aurora induixerat ortus,  
Inferias Orphei mittit, lucumq; reuosit.  
Hic uero subitum, ac dictu mirabile monstrum  
Afficiunt liquefacta boum per uiscera, toto  
Stridere apes utero & ruptis efferuere costis,  
Immensasq; trahi nubes iamq; arbore summa  
Confluere, & lentis uiuam demittere ramis.  
Hæc super aruorum cultu, pecorumq; canebam,  
Et super arboribus, Cæsar dum magnus ad altum  
Fulminat Euphratem bello uictorq; uolenteis  
Per populos dat iura, uiamq; affectat olymbo.  
Ilo Virgilium me tempore dulcis alebat  
Parthenope, studijs florentem ignobilis oci.  
Carmina qui lusi pastorum. audaxq; iuuenta  
Tuyre te patula cecini sub tegmine sagi.

F I N I S .

# IN VIRGI=

LII BUCOLICA, ANNO  
tationes Eobani Hesji.



Heocritus Syracusanus Bucolica carmina scripsit, numero triginta sex, quæ quidem extare nouimus, quæ uel ab ipso, uel, ut quidam uolunt, ab interprete Idyllia, id est, parua poemata inscripta sunt. Hunc in scribendo bucolico carmine Virgilius imitatus, numero quidem Eclogarum, sic enim sua hic maluit appellare pastoralia carmina, longe ab illo abest, quippe quas non nisi decem fecerit. Verum argumento materie illi par, & per omnia similis, nisi quod Allegorias plerunq; miscet, cū contra omnia simpliciter, & sine troporum inuolucris describat Theocritus, qua in re tantum hunc ab illo dissentire scribit Seruus: plerunq; tamen sicut quedam ab illo sumere, ut & prorsus alia faciat, & suq; usq; iei accmodet, sic, ut quæ ab illo constet simplicissime dicta, ab hoc figurate, ad aliud quoddam significandum detorqueantur. Observatis tamen ubiq; & pastoralis sermonis simplicitate, & perso-

narum

## ARGUMENTVM

narum decoro. Plurimas tamen harum Eclogarum  
Theocriticis similes fecit, nisi quod locis saepe, sic  
ipsa rerum necessitate exigente, figuratis, quae natu-  
ra ipsius argumenti sit, insperguntur, quae omnia suis  
locis indicabuntur.

## ARGUMENTVM PRIMAE ECLO-

ge paulo altius repetitum, huiusmodi ferè est

**P**ost mortem Iulij Cæsaris flagrante toto ferè ter-  
rarū orbe bellis Civilibus, cū Augustus deuictis  
Bruto & Caſto in Thessalia. L. Antonio Triumui  
ri fratre in Italia ad Perusium, cum à Triumuiratu  
tam Lepidus excidisset. Sexto Pompeio copijs omni-  
bus destituto in Asia: demum & M. Antonio Tri-  
umuiro apud Actium Epyri promontorii pace ter-  
ra mariq; parta, cū miles stipendia & in promissos  
agros mutti flagitaret, nec aliter ipse duutinis bellis  
exhaustus esset soluendo, agros Cremonensium, qui  
in partibus fuerant, militibus diuifit, quibus non suf-  
ficientibus, Mantuanorum agros adiecit. Non tam  
qua quicquam illi delinquissent, sed tantum, quia ubi  
eruerint. Inter quos cum & Virgilius agrum suū  
amisisset, Romanam profectus fauore primum Pol-  
lionis, deinde Mecœnatis, & aliorum potentū am-  
corum Augusti obtinuit, ut agrum suum recuperet:  
qua de re gratias illi agit hac Ecloga, & per Tity-  
rum personam suā, per Melibæum, quemvis Man-

ANNOT. EOBANI

tu morum ob amissum agrum dolentem significat.

Quoniam uero in his decem Eclogis Theocritum sequutus est Virgil. & plurima ex eodē in suum carmen, & aperte & dissimulanter, ubiq; tamen summo artificio translulit. Iccirco locos maxime à Theocrito sumptuos adnotabimus, non sribenut com mentarios, nisi quod & quosdam alios ex aliorum commentarijs, non tamen uulgares indicabimus locos.

**T**ityre tu patulæ recubans sub teg. f.  
Sylvestrē tenui musam m. auenā.

Ad similitudinem principij Theocritici, cœpit à uocatio propij nouinī. Nam is ita incipit.

ἀδύτης Λιβύερομα, καὶ ἀπίτυς αὐτολέ τήνα.

ἀ ποτὶ ταῖσ ποχαῖσ μελίσθεται, οὐc. i.

Aepole dulcis hic est uincæ sibilus auræ

Dulcis & hæc strepitu fontes propè consita pinus.

Alij tamen Latinorum quoq; aliter cœpere, ut  
**L.** Calpurnius à periphrasi. Nondum solis equos decluis mitigat astas &c. Baptista tamen conterra neum opinor imitatus à uocatio proprij nominis cœpit. Sed & alijs Latinorum uariant, inter quos suni quos norim, Petrarcha, Pontanus, Nemesianus.

Ex re

H E S . I N V I R G I L . B V C .

Ex recentioribus maxime lectu dignæ uidentur Eclogæ Euricij Cordi , quas decem luculentiss . carmine descripsit . Ante quem nos quoq; anno ætatis nostræ nigesimo secundo , undecim Eclogas scripsimus , addi- dimusq;. Sed nuper recognitas & auctas maxima ex parte : ex undecim Eclogis , tria de uiginti feci- mus Idyllia , sic enim nunc inscripsimus , que & ipsa propediem in manus studiosorum exhibunt , fa- manq; priorū , ut bona spes est , & diuturna expe- ctatione ac iudicij , cruditionisq; accessione longe su- perabunt . Verum hæc quia præsentis instituti non sunt , ad Virgilium reuertamur .

Quod ad usurpationem propriorum nominum attinet , sciendum est , omnia nomina propria , qui bus in Bucolico carmine usus est hic Poëta , exceptis paucis Romanis , à Theocrito desumpta esse , ut in hac prima Ecloga Tityrus , quo arietem maiorē , alij bircum significari aiunt . Melibœus uero ab eo quod curam gerat boum , ὅτι μέλει ἀντῷ τῶν ζῴων . Vnde etiam κατ' αὐτήσι χοῦ est uerbum medita- ris , Græci enim μελέτω dicunt , id est , curæ sit . Vnde meditor Latinu fecerunt , conuerso λ in no- strum d .

Formosam resonare doces Amaryl . syl .

Amaryllidis nomen , apud Theocritum celebre est , cum alibi , tum præcipue in Comaste : uerum

ANNOT. EOBANI HES.

huius nominis Poëtam Latinū , quasi quandū & XXI  
29 iāx fecisse uolunt quidam & secretius quiddam  
significare . Quia in sententia uideo fuisse Angelum  
Politianum Epistolarum lib . 1 . ubi sic scribit , Tri  
plex fuisse nomen urbi Romæ proditur : unum hoc  
quod diximus per uulgatum . Alterum , quod arca  
num fuit , unde Amaryllida suam que amorem pro  
prie significat in Bucolicum carmen Poëta detorsit .  
Tertium , sacrificijs debitum , de quo uocabulū Elo  
ralibus impositum &c .

Pars Scythiā & rapidū Cretæ uen . Oaxē .

Idem Politianus Msc . 137 . Seruīj , super hoc lo  
eo opinionem improbat , & fœde lapsū existimat ,  
quod Oaxē in fluvium accipiat Mesopotamia , quem  
ipse Cretæ insulæ esse dicit scribere Vibii sequestrū .  
Inde citat super eadem re uersus Apollonij ex primo  
Argonauticon , qui sunt

σάκτυλοι ἴθαιοι κρηταῖοι οὐσ ποτὲ νύμφε  
ἀρχιάλη μίκταιον αἰνασέος ἀμφοτέρων  
ἀγαξαμένη γαῖης οἰάξιδος ἐβλάσκοι

Quos ita licet uertere , nam ab eo à quo citat  
tur uersi non sunt .

Dactyli erant Idaea uirum gens incola Cretæ

Quos nymphæ Anchiale tellurem Oaxida utraq  
Dicteo complexa spesceu , genuisse putatur

Verum

IN VIRGIL. B V C.

Verum cum in his ueribus in dictione Oeaxiside,  
longa sit prior syllaba, eo quod diphthongon habeat.  
In Poëta uero nostro & breuis sit, & sine diphthongo scribatur: ipse Politianus uiderit, quid rationis habeat. Ego certe, ut iudicio doctissimi uiriliter steterim, ita suspicor, etiam subesse rationem aliquam, quæ me subterfugiat.

IN ECL<sup>O</sup>=

GAM SECUNDAM.

Formosum pastor Cor. ar. Alexim.

**S**unt qui dicant sic à Virgilio (quem per Corydonem hoc loco accipimus) adamatum Alexim, ut à Socrate amatus sit Alcibiades, ut à Plato mente aliquot ingenui pueri, hoc est, amore casto ac sobrio, neq; enim quicq; turpe suspicari necesse est de Poëta, quem continentissimum & penè uirgneis moribus fuisse legamus. Alij ad dissimilitudinem morum studiorūq; flectunt argumentū, male cohærentis auctoritate, quorum est Erasmus, qui hoc Argumentū copiose & eloquenter, ut solet omnia, tractat in eo commentario, quem de instituendis pueris conscripsit. Alexim uero hunc antea Alexandrū uocatum, quem ab Asinio Pollio dono acceperit, liberaliter à Virgilio inserviū fuisse accepimus.

ANNOT. EOBANI HES.

Argumentum factum est ad similitudinem Idyllij tertij Theocriti, qui Comastes inscribitur. Ut enim in illo Aepolus desertu se & spretum ab Amaryllide amica multis modis queritur. Sic in hac quoq; Ecloga Corydon indigne fert ab eo se contemni, de quo sit optime meritus. Verum, ne hic fuerit aliquis tam ambitiosae eruditio, qui uel cum iactura & offen-  
sione, morum puerilium, aliquam aliam ueritatem conetur ex hoc loco, sine ulla necessitate eruere: maximopere Erasmus audiendum censeo, qui hunc locum maxime tractat & caute & utiliter.

O crudelis Alexi nihil &c.

Theocritus Idyllion γ.

τῷ χαρίτον Ἀμαργολί. τί μ' οὐκέπι δοῦ  
κατ' ἀνέροι  
παρκύ πλοισε καλεῖσθν ἐρωτύλον ἵρά με  
μιστεῖς.

Et paulo post. & πολὺς αὐτὸν με ωικοτεῖς.  
O dilecta Amarylli quid hoc tibi solus in antro  
Deseror, & neq; prospiciens me nuper amantem  
Blanda uoce uocas. Et paulo post.

Fracto nemori me gutture cogenes? Nam per interro-  
gationem erat exprimendum, quod aliter satis com-  
mode non potuit. In Graeco enim simpliciter est,  
& πολὺς αὐτόμε ωικοτεῖς, id est, strangularime  
facies.

IN VIRGIL. BVC.

facies. Quod & hic simpliciter expressit, mori me  
deniq; cogen.

Nunc uirides etiam occul. sp. lacer.

Locum ex Thalisijs Theocruti imitatus est, qui  
est huiusmodi. Εἰδύλλιον.

τῶα δὴ τὸ μεσημέριον τόσας ἐλκεῖς  
ἄγικα δὴ καὶ σεῦρος ἐφ' ὃν μαστίσκα θένται.  
Id est. Quo tu in meridie te consers. Quando &  
cum lacertus in sepibus iacet. Nos ita.

Tempore quo nunc

Sol medium cœli currū ferit igneus orbem

Et uirides recubant subter concepta lacerti.

Mille meæ Siculis errant in mont. ag.

Lac nihī nō æstate nouū, nec fr. deficit.

Sumptus est hic locus ex Idilio n. in quo Cy-  
clops amans Galateam inducitur, sic loquens.

Εοτά χίλια έσπικω.

Κακούτων δ' κράτιστον ἀμελόμυθον γάλα  
τάχιστον

Τυρὸς δὲ οὐ λέπται μόντες εἰν θέρει. οὐτε εἴρη  
οὐ παρέρη

οὐ χειμῶνθεοί ακρε.

Mibi pascua florent

Mille oimbus, quibus emulsis datur optima lactis

Copia, qua nullo defit mibi tempore, Non cum

ANNOT. EOBANI HES.

Aut aestas uenit, Autumnuue, aut bruma niualis.  
in quibus uersibus hoc tantū omissum est, quod  
in Græco dicitur de caseo, super quo loco dicit Ser  
uius rectius latinū fecisse quā Græcū, qui caseū dixe  
rit nō lac: nam caseus, inquit, quia seruari potest, om  
ni tempore habetur. Dicunt tamē nihilominus & in  
Græco κράτιστον ἀμελούμενον γάλα τίνει, qd'  
est, mulgens optimum lac bibo.

Locum igitur hunc melius sic uerimus.  
Mille meas pascō Siculis in montibus agnas  
Dulcia quas mulgens niuei bibo pocula lactis  
Caseus haud illo defit mihi tempore, non cum  
Aut aestas uenit, Autumnuue, aut bruma niualis.  
Nec sum adeo informis, nup. me in l. u.  
Cum placidum uentis staret mare &c.

Theocritus in Bucolastiis Idyllo vi.

Ὕδρε πην οὐλ' ἴδος ἔχων κακὸς με λέγει π  
ήρη πρὸν ἵσ πόντου ἐσβλεσσον ἡσπέλε γαλάνα  
καλά μὴ τὰ γένεα, καλὰ δὲ ἐμίνα μία  
εσ παρέμμιν κέκριται κατεφάνε (κέρα  
το εν πλετέονται)

λευκότεραν ἀνθεν παρίεις φερεῖται λίθοι  
Quod est huiusmodi.

Nec tam sum forma turpis quam dico, In unda  
Nuper enim uidi ipse meos de littore nullus

Cum

IN VIRGIL. BVC.

Cum nulli flarent tranquilla per aquora uenti  
Formosęq; genę fuerant, formosus et ipse  
Vnicus hic oculus, me iudice, deinde uenusti  
Et niuei Paro certabant marmore dentes.

Negat quidē Seruius ex mari effigiē ullo pactio posse  
reddit, sed Lucianus alicubi in marinis opinor dialo-  
gis uidetur dicere posse. Rationes tamē habent suas  
Physici eur nō possint. Sed hæc curiosiores uiderint.  
Alba ligustra cadunt uac. nigra leguntur.

Magnus est error Seruij, inquit author Cornuco-  
piiæ, qui uersum illum Maronis exponens  
Alba ligustra cadunt uac. nigra leguntur.

Ligustrū, inquit, liliū est albū, uacinium uero  
flos nigri coloris, qui Græce Hiacyntus dicitur.  
Hæc uerba Seruij sunt. Idē scriptor ait, arborē hanc  
alio nomine uocari Cyprū, quod in Cypro insula na-  
scatur, odoris suauitate præstans. Eius lignū apīū es-  
se tesseris cōficiendis, uocariq; in Italia Ligustrum.  
Plin. lib. 12. cap. 25. non hoc adfirmat quidē, sed  
de Cypro loquens, dicit esse quosdā, qui dicant eam  
esse arborē Cyprū, quæ in Italia uocetur Ligustrū,  
ex quibus satis patet arborē dici ab eodem ligustrū.  
In eadem sententia est et Dioscorides libro primo  
capite 115. Cuius interpres Marcellus Virgilius,  
ut, meo quidem iuditio, multæ lectionis, ua-  
rieq; eruditionis, fruticem esse dicit uulgarem, et

A N N O T · E O B A N I H E S ·

ubiq; paratum non contemnendo arguento uileſce  
re nobis que abundant, nasciq; in ſepibus Maio Men  
ſe cum floret. Autumno autem cum matureſcat bac  
cis nigrefcere. Que uerba mihi uidentur ad opinio  
nem Seruij propius accedere, qui liliū album eſſe  
dicit liguſtrum. Huc adde quod apud Columellam  
quoq; in hortis herba eſt, cuius hi uerſus ſunt.  
Extunc ne despernat opes Corydonis Alexis  
Fer Calathis uiolam, & negro permixta liguſtro  
Balsama &c.

Itaq; uariantibus duorum ſummorum tritum non in  
firorū ſententijs, quē quifq; ſequi malit, liberū eſt.

De uili certe ac uulgari, ſeu herbæ ſeu arboris  
flore, loquutum Virgilium ſatis conſtat.

Præterea duo nec tuta mihi ual. rep. &c.

Verbis & re nonnihil uariatis à Theocrito totū  
locum ſumpſit, cuius in Comaste hæc ſunt uerba.  
ἢ μάντοι λένκαν μηματόκου ὅπε φυλάσσο  
τάγμε ἀ τι μέρμνων ἐνθάκις ἀ μελανόρχος  
αὐτεῖ καὶ σώσο ὁ ἐπεὶ τύ ἐν διαθρύπῃ.

Hoc nos paulo fuiſius in hunc modum.

Nunc tamen hanc paſco bis ſætam albamq; capellā  
Quam tibi iam toties Mermnonis Eribacis ultro  
Filia deponcit nigrum pulcherrima corpus  
Et certe feret, & quod tantum querit habebit

Quando-

I N : V I R G I L . B V C .

Quandoquidem tu me multum spe fallis inani  
Et ubi delitiae sunt hæc ludibria nostri .

Non dissimilis admodum & in Cyclope  
locus est huiusmodi .

Γέφω δέ τοι ἔγεικα γερῶσ  
πάσσος ἀμνοφόρος καὶ σκύμνως τέλεσθε  
ἀρκτῶν  
ἄλλος ἀφίκει τὸ πότιμον καὶ ἐξεῖσον λαὶ εἰ-  
λασον . Quod ferè ad uerbum est .

Ter tres atq; duas foetas tibi nutrio cerasas  
Quattuor ursorum catulos . Quid certe mecum  
Hos ad me ueniens , nec me minus ipsa tenebis .

Florentem Cytisum sequitur las. capel.

Συκλίμακα fecit , quam figuram Latini gra-  
dationem vocant . Est autem locus ex Theocriti Er-  
gatiniis .

Ἄλλος Συκύποσν , ὄλυκος τὰν αἴγα μίώκει  
άρρενος τέρερον , γάγω ἢ τὸν μεμάνημα .  
Capra salax uiridem Cytisum , lupus ipse capellam  
Incuruum sequitur grus errabundus aratrum  
Te sequor , in te præcipuo feror ipse furore ,  
Ah Corydon Corydon , quæ te dem . coe.

Totus ad finem locus ex Cyclope Theocriti est ,  
cuius uerba sunt .

ANN OT. EOBANI HES.

ΘΟΥΧΛΩΤ ΚΥΚΛΩΤ. ΠΑΤΑΣ ΦΕΝΑΣ ΕΚ ΤΗ  
ΠΟΤΗΝΩΣ

ΑΙΧ ΕΝΘΕΝ ΤΑΛΑΡΩΣ ΤΕ ΑΛΕΚΟΙΣ Σ ΘΑΛΩΡ  
ΑΜΑΣΙΣ

ΤΟΙΣ ΑΡΝΕΑΓΙ ΦΕΡΟΙΣ ΤΑΧΕ ΚΕΝ ΤΑΛΟ ΜΑΖΑΩ  
ΕΧΕΣ ΥΔΙ

ΤΑΥ ΠΡΕΞΟΙ ΦΥΑΜΕΙΚΥ. ΟΓC. Quod est ferē.

O Cyclops Cyclops que te dementia cœpit

Quām fuerat melius calathos contexere, & altos

Lanigeris ouibus in pabula sternere ramos

Hanc mulge interca ΟΓC. Porro quo concludit.

Inuenies alium si te hic fastidit Alexis.

In eodem loco est τὶ δι φεύ λγυται λόκεις  
Θερίστησ παλάτειαν ισθση κακλίον αλλα.

Quid enim sequeris fugientem

Inuenies aliam, quæ sit formosior illa.

Hunc tamen locum in ipso Idyllio sic expressimus.

Quid enim fugientia captas

Gaudia? forte aliam quæ sit formosior illa

Inuenies Galatean ΟΓC.

IN VIRGIL. BVC.

# IN ECLO=

GAM TERTIAM.

Dic mihi Damœta cuiū pecus? an Mel.  
Non, uerū Aegonis, n. m. tr. Aegon.

**A** Duerbum sumptus à Theocriti Nomeo, qui  
et ipse sic incipit.

Εἰ τέ μοι ὡς καρύδων τίνα οὐ βόστη ἡραὶ Κυ-  
λώνδαι

τοῦκ ἀντί Αἴγειος βόστεν δέ μοι ἀστάξ εὐθενεν  
Dic precor o Corydon cuium pecus? an ne Philonda  
Non, uerum Aegonis pascendum tradidit Aegon.  
Novimus & qui te trāsuersa tuen. hircis  
Et quō, sed faciles Nym. risere, facel. &c.

Quintil. lib. ii. cap. 2. loquens de figuris uer-  
borum, que per detractionem fiunt, citat hunc lo-  
cum, diciq; similē illis figuratis esse, in quibus de-  
center uerbum aliquod pudoris gratia subtrahitur.  
Negat tamen recte ἀποστολον dici posse, quā  
reticentia interpretantur. Nam eam præcedentia  
pīte, figuram sententiarū facit. Locus est autē  
ex Hodœporis Theocriti, obscenus quidem intelle-  
ctu, sed uerbis multo quā ille Græcus uerendior.  
Nā hic pudoris gratia res turpis nō nominatur; illuc  
manifeste obijcitur.

ANNO T. EOBANI HES.

Non ego te uidi Damonis pes. cap. &c.

Theocriti in Hodæporis hi uersus sunt.

οὐκ ἀπὸ τας κράνας σίτη ἀμνιστος; οὐκ  
ἔσοργητε

τη μὴ τὰν σύειγα πρώαν κλέψαυτα κα-  
μάτεν.

Non à fonte meæ fugitis, quem nunc tenet, agne

Furatus nuper nostram Syringa Comatas?

An mihi cantando uictus nō redderet ille

Quintil. lib. 9. cap. 2. inter uarios modos si-  
guratarū interrogationum & hunc ponit, cum sci-  
licet confessionem præcedit defensio, ut Apud Vir-  
gilium, inquit, in Bucolicis dicenti, Non ego te ui-  
di Damonis pessime caprum Excipere insidijs, oc-  
curritur, An mihi cantando uictus nō redderet ille.  
Cantando tu illū? aut unquā tibi fist. c.  
Iuncta fuit? non tu in triuīs ind. so. &c.

Theocritus in Hodæporis.

τὰν ποίαν σύειγα; τὸ γράποκα λεδλεσον  
βάρτα

ἐκτάσω σύειγα τὶ λ' οὐκέπειρι κρύσσωνι  
ἀγκεῖρι καλάμας ἀσλὸν ποπύσσενέχοντι?  
Quam Syringa mihi memoras dic serue Sybarite?  
An ubi qua caneres fuit unquam fistula? Verum.  
Cur tibi cum calamo fit fistula facta palustri

NON

I N V I R G I L . B V C .

Non satis est misero Corydon laceſſere cantu?

Vis ergo inter nos, quid posſut erit uicis.

Theocritus in Bucolias tis Idyl. 8.

Χείσιλθσ λ' ὡρ ἐστοτῖν, χείσιλθσ καταθεῖναι  
ἀεθλον. Quod est

Vis igitur certamen obire et ponere pignus?

Ego hanc uitulam ne forte recuses.

Ibidem Theocritus.

μόσχον ἔγω θησῶ τὸ δέσι γέστο μάρτυρα ἀμύνω  
Hunc ego depono uitulum, tu mollibus agnum  
Velleribus similem pulchræ depone parenti.

Bis uenit ad mulctrā, binos alit ub. fœ.

Sumptū est ex Thyrside, hoc est, Idyl. 1. Theoc.  
αὐτε τέ ρι οώσω μάνυμα τόκον ἐς τὸν ἀμέλεσσον  
αὶ δύν' ἔχοισ' ἐφωσ ποταμέλεστον ἐσ δύν  
τελλασ.

Hanc tibi dono

Capram quae duplici partu fœcunda quotannis

Et licet emulso binos alat ubere fœtus

Bis tamen uberibus mulctrān lactentibus implet.

De grege nō ausim quicq̄ dep. tecū &c.

Theocritus Idyl. 3. Bucolias tis.

οὐ θησῶ πόκαι ἀμύνων ἐπεὶ χαλεψόσ ε' δὲ πά  
τήρ μόν.

A N N O T . E O B A N I H E S .

χ' ἀμάτηρ τὰ λέμαλα ποθίσατε παντα  
ἀειφεύντι . Quod est Latine .

De grege non ausim quicquam deponere tecum  
Nam mihi difficilis pater est , & prouida mater  
Solis ad occasum numero pecus omne recensent .

Diffusos hædera uestit pallente Corym .

Ex primo Idyllo Theocrati totum hoc de poculo  
sumptum est . Nam & ille de hederas sic .

Ἄρδε μὴ χάλκη μαρύεται οὐτόσιοι κίσσος  
κίσσος ἐλιχεύσθαι κεκονιομένος . &c . Nos illa  
Teretes qui circumfuderit oras  
Extantem folijs hederam flauo Heliochryso  
Distinctam , quam serpit Helix letissima circu . &c .

Necdum illis labra admoui , sed conser .

Ex eodem Idyllo est , ubi sic habetur .

οὐδὲ τὶ παντὶ χάλκοις ἐμὸν θίγει ἀλλ' ἐπι  
κεῖται

& χαρτον &c . Quod est

Nec dum illi labra admoui , nec pocula quamuis  
Hæc mea sint tetigi , sed tantum condita seruo  
Immaculata quidem &c .

In medio duo signa , Conon , & quis f. al .

Non ut opinatur Seruus Cononē illum præclarū  
Atheniensium Once , sed insignem illū Mathematicū .  
qui sub

IN VIRGIL. BVC.

qui sub Ptolemæo uixit, de quo est apud Catullum  
in Elegia Callimachi ab eodem uersa, Omnia qui ma-  
gni despergit sydera mundi &c. Et paulo post.  
Idem me ille Conon coelesti numine uidit

E Bereniceo uertice Cæsariem.

Meminisse autem conuenit raro fieri, ut rusticis &  
pastoribus sermo tribuatur de Philosophis, aut alio-  
qui magnis rebus, quas illi non intelligant. Itaq; ut  
decorum personarum seruetur fieri hæc ferè semper  
cum quadam excusatione: igitur adiecit

Et quis fuit alter, descr. r. totū qui g. or.

Eudoxum, inquit Seruius, aut Ptolemæū, aut  
Aratum significat, suum igitur decorum pastori tri-  
buit, qui cum uix unum nomen expresserit, alterū  
non inuenierit &c.

Et nobis idē Alcimedon duo poc. fecit.

Irrisio est ex iteratione: non enim ut laudet po-  
cula, sed ut si ad uitulam conferantur, uilia existun-  
tur. Quam figuram sumpfit, opinor, à Theocrito,  
apud quem Idyllo octavo, cum dicat Menalcas de  
positurum se pignus fistulam nouem uocum, re-  
spondet Daphnis, omnia ferè que ille dixerat iteran-  
do se quoq; habere tales fistulas, ac per omnia si-  
miles, ut & hic Dametas de poculis. Rem cuīus  
hic priuatus tantum.

ANNOT. EOBANI HES.

Ab Ioue principium Musæ , Iouis o. p.

Theocritus in Encomio Ptolemæi Idyl . 17 .

Ἐκ Δίος ἀρχόμενων οὐσίας λέγετε μοῖσας .  
Quod ad uerbum est .

Ab Ioue suscipite inque Iouem concludite Musæ .

Sumptum est autem hoc principium ab Arato ,  
qui Phœnomena sua sic orditum . Hinc & Statius ,  
Ab Ioue principium magno deducit Aratus . Quod  
uero dicit

Iouis omnia plena .

Catholica est sententia , quam ipse in sexto Aenei  
dos fuisse exequitur illo loco

Principio cœlum ac terras camposq; liquentes  
Spiritus intus alit &c . Cuius loci interpretationem  
uide apud Macrob . super Hom . lib . 1 . cap . 14 .  
Lucretius quoq; idem dixit  
Iuppiter est quodcumq; uides , quocumq; moueris .  
Et me Phœbus amat , Phœbo sua &c .

Theocritus in Hodeporis .

καὶ θύειν ω' πόλισιν φιλέμετε μή καλὸν  
άυτῷ  
καὶ δέ εὖ πόσικο . τὰ δέ κάρυα μή λήφετε .  
Et me Phœbus amat multum , Phœbo mihi pinguis  
Pascitur hic aries , dum Carnea sacra propinquat .  
Malo me Galatea petit lasciuia puella .

Ibidem

IN VIRGIL. B V C.

Ibidem Theocritus.

Εάν οὐκέτι μάλιστι δύναμι πολονά κλεάεισθε  
τασσόμενος παρελῶντας, καὶ ἀδύνη ποτηνών  
λιάσηται.

Malis me Clearista petit dum forte capellas

Propello, et suaves dulcicanit ore susurros.

Parta meæ Veneri sunt mun. nāq; n. &c.

Ibidem Theocritus.

Κακόμενοι σωσθε τὰ πρόθυντα ἀντίκα φάσιται  
ἐκ τας ἀρκεύτου καθελών· τίνει θρέφισλα.  
Ipse meæ domine dabo munera grata palumbum  
Ex hac Iunipero rapiens, nam confidet illic.

Aurea mala decem misi cras altera mit.

Theocritus in Comaste.

Ἴνι δέ τις σέκα μᾶλα Φέρω τηνῶθε καθεῖλον  
ῷ μ' ἐκέλευ καθελεῖγ τὸν, καὶ ἀσειονάλλαρε  
οίσω.

En uero haec tibi mala decem, tua munera, porto  
Arboribus decerpta illis quibus ipsa uolebas  
Altera cras dabimus.

Partem aliquā uenti diuī ref. ad aures.

Theocritus in Thalys̄is.

Καὶ Σανὸς ἀδιθέορον ἀγαγε Φάμα &c.  
Coharet uero cum eo quod præcedit, et est  
Me quoq; Muse

ANNOT. EOBANI HES.

Multa quidem docuere, alti iam cognita fama  
Ante thronum Louis &c.

Cū faciā uitula pro frugib. ipse uenito.

Macrobius Sat. lib. 3. cap. 2. inter multa quibus locum hunc exponit, hoc etiam addit, Vitulam Deam uocatam fuisse, quae præsit lætitiae. Vnde quidam, inquit, nomen eius animaduersum putant, quod potens sit uite tolerandæ. Inde huic Deæ pro frugibus sacrificari dicuntur, quia frugib. uita humana toleratur. Vnde hoc esse animaduertimus quod ait Virgilius, Cum faciam Vitula pro frugibus ipse uenito, ut uitula dixerit pro uitulatione, quod nomen sacrificij est. Meminerimus tamen sic legendum, Cum faciam uitula pro frugibus ipse uenito, id est, cum faciam rem diuinam, non oue, non capra, sed uitula: tanquam dicat, cum uitulam pro frugibus sacrificauero, quod est: cum uitula rem diuinam fecero.

Triste lupus stabulis maturis fr. imbr.

Simile est apud Theocritum Idyl. 8.

εἴγορεις μδὺ χειμῶν φοβερὸν κακὸν, ὑθεστὸν  
ἀσχυδός

Ὥρνισιν δὲ υπαλαγξέ γε τέρεοισ δὲ λίναι.

Arboribus mala pestis hyems, incommoda terre

Ariditas, cervi retia, fiscus aut.

Nā hoc in loco Græcus Poëta usus est Elegiato carmine,

IN VIRGIL. BVC.

mine. Quod nos quoq; imitantes, ut oportuit,  
non omnino uerbum uerbo reddidimus, contenti sens  
suum explicasse.

Ipse ubi tempus erit omnes in f. lauabo.

Theocritus in Hodoeporis.

ἄντες ἔμαὶ δαρεῖ τε κέρου χιστές ἀνελον ὑμίλες  
πάρετες ἐγώ λαυρῶ συβαρέπι πόδες ἐνδόσι κρανας  
Cornigeræ nunc ergo meæ sperate capelle  
Cras ego uos omnes Sybaritidis amne lauabo  
Fontis &c.

Vix ossibus hærent. Theocritus in Nomeo.

Τάναξ μὴν Λύρι ταῖς πόρποις ἀντὰ λέλαθπατε  
τ' ὠασέα, μὴ πρῶκασ στίχετη ποτερό τέττιξ.  
Illiū ipsa quidem superant uix ossa uiuencæ  
Nunquid ut æstiuæ rorem sub sole Cicadæ  
Acrium gelidas depascitur illa per herbas?

Fascinare autem uerbum quod priore uersu ponit  
ur, à Greco est Cæsareuenu, hoc est, inuidere,  
ut author est Gell. lib. noctium att. 15. cap. 12.  
quoniam ex inuidia quenpiam fascinemus, id est,  
prestringamus oculos, hoc enim ferre fascinare  
est. In qua sententia est ex Petrus Mosellanus,  
hunc locum Gellianum explicans, ut ut in ui-  
ta olim summa mihi coniunctus amicitia, sic nunc  
quoq; omni honorificissima recordationis officio

ANNOT. EOBANI HES.

ac pietate prosequendus, et, ut ne quid priuatis ad  
fictibus indulcam, quantum eo uiro amissu recta  
studia, hoc tempore maxime periclitantia, praes-  
dium amiscent, et docti omnes sentiunt, et superus  
caneum est queri, quando querelis talium rerum,  
adeo nihil proficitur, ut etiam ingratae sint. Sed ut  
redeam eō, unde digressus sum, non uidetur id signi-  
ficatum huic loco conuenire, sed potius id esse fasci-  
nare spiritu quodam noxio ex oculis alienis in cor-  
pus eius qui fascinetur penetrante, ipsumq; male af-  
fici, et cum morbo quodā consumi, ac tabescere, et  
hoc est quod dicit, Oculus mihi fascinat agnos &c.  
De qua re longior esse non uolui, quod sciam eam  
rem ab alijs multis etiam commentarijs traditam.  
Vide infra Dum rore cicadæ &c.

# ECLOGA

Q V A R T A.

Sicelides Musæ paulo maiora canamus.

**H**uius Eclogæ argumentum tale fere est. As-  
nius Pollio, orator insignis, et sub Augu-  
sto Dux Germanici exercitus, post captus à  
se in Dalmatia, Salonas urbem, cū triumphasset ad  
Consulatum est euectus, pauloq; post filium genuit,  
quem à

## IN VIRGIL. BVC.

quem à captis Salonis, satis arroganti, ut tum se  
reabant mores, appellatione, Salonium nominauit.  
Huic recens nato in gratiam patris, cū potens apud  
Augustum esset, & cū primis Poëtæ ingenii admi-  
raretur, fovere iqv., Genethliacon decantat hac Eclo-  
ga, quæ ex magna parte est Allegorica, quod ipsum  
tamen apud hunc Poëtam in hoc quidem carmine,  
nec pañim nec nusquam fieri obseruandū est, simul-  
que Augusti, Pollioñis, et pueri Salonini laudationes  
cōtinet. In cuius prælma parte hoc obseruandū est, qd'  
quæ de aduentu & nativitate Christi, Sibyllæ quæ-  
dam maxime Cumæa prædixerant, ut Augustinus,  
Lactatius, Eusebius, & ceteri meminere. Poëta eius  
Theologie ignarus sc̄licitati imperij Augusti ad-  
scribit. Primo igitur Argumenti grauitatem excusat,  
quod eo paulo sublimiori hic uii coactus sit, quam  
permittat pastoralium sermonum simplicitas. Cū  
ad minime videat fecisse Theocrutum, quem imita-  
tur, qui tametsi & ipse quoq; laudes fortium uiro-  
rum celebrat, simpliciter tamen & sine omni figu-  
ra perpetuo id agit. Quod cum huic nostro haud  
quaquam propter argumenti, cui seruire coactus  
est, sublimitatem permitteretur, hanc Eclogam sicut  
alias quoq; duas summa cum modestia, metuens scilicet  
ne parvū rusticū uideretur, honesta cōfessione præ-  
munit dicens, Sicelides Musæ &c.

ANNOT. EOBANI HES.

Multa præterea fuerant in hac cōmentarios scri-  
pturo adnotanda circa uoces, figuræ & sententias,  
quod quia nequaquam instruumus, & tantum pollici-  
ti sumus locos Theocriticos, & quosdam etiam &  
& doctis obseruatos & obseruari dignos indicare, ad  
ijciam cum qui in fine est huius Eclogæ.

Incipe parue puer, qui non risere paren.  
Nec deus hunc mensa Deæ, n. d. c. est.

Nota est Seruij in hunc locum fabulosa expositio.  
Quintilianus certe libro 9. cap. 3. sic exponit, Ex  
illis qui non risere, nec hunc dignatus Deus, nec  
dignata Dea, ut numero plurali singularis figurate  
subiungatur. Quid uero significet Deum dignari  
mensa, & Deam cubili aliquem, Politianus docet,  
per Deum Genium, per Deam lunonem intelligent  
dam esse, probans aliquot exemplis: nam sin  
guli Genij singulæq; lunones singulis  
hominibus attribuuntur, Ge-  
nio mensa, lunoni cubi  
le seu leclus con  
uenit,  
habes apud Po  
litianum Misc. Cent.  
**LXXXIX.**

IN VIRGIL. BVC.

# ECLOGA

Q V I N T A .

Cur nō Mopse boni quoniam con. am.

**D**uo amici pastores hac Ecloga introducuntur, alternatim laudantes, cedentesq; qua ex re occasione captat Poëta scribendi Epitaphion, quod omnino & ~~ad~~ accipiendum est, uel Iulio Cæsari pauloante quam hæc scriberet Romæ in Senatu interfecto, quod ipsius argumentum, materia satis uidetur indicare: uel Quintilio cognato suo, ut ait Seruus, cuius mortem immoderata lugebat, qua de re elegans est carmen Horati primo Odarum: uel fratri Flacco, cuius immaturum obitum sub nomine Daphnidis deploret. In quam sententia extat illud perulgatum, uerum & δηλού Tristia fata tui dum fles in Daphnide Flacci Docte Maro fratrem Dijs immortalibus æquas.

Verū in re dubia parū refert quā quisq; sequatur opinionem, hoc maxime loco, qui circa omnē tactus, uel ueritatis rei, uel sententiae carminis potest uentre in contentionem. Meam tamen sententiam, si quis requirat, eam esse sciat quæ illis assentialur, qui Iul. Cæs. potius quā quemuis aliū hic intelligendū existimant. Nam & crudeli funere interemptū dicit,

ANNO T. EOBANI HE S.

¶ Armenias tigres curru iunxit se, hoc est, Liberi patris sacra instituisse Cæsar dicitur, & à deo donum facit, & diuinos illi honores decernit, quæ omnia satis constat de Cæsare dici ucrius quam de alio quoque posse.

Imo hæc in uiridi quæ nuper corti. fagi.

Theoc. in Thalysijs, ὁρη φίλος εἰτοι ἀρέσκει  
ποὺς ὅτη πράγαν ἐν ὄφει δι μελύθριον θέξε πόνασσε  
Cognosce iugur si forte placebunt

Carmina quæ patro iamdudum in monte coegi

Virgilium imitatus est T. Calpurnius sic,  
Sed quæ nam sacra descripta est pagina fago  
Quam modo nescio quis properanti falce notauit.

Extinctū Nymphæ crudeli fun. Daph.

Ex primo Theocriti immutato nonnihil argu-  
mento sumptus est locus, sed uarie tamen etiam ex  
alijs mistis. Nam quod ait

Nulla neq; amni libauit q. nec gr. at. h.

Ex Nome eiusdem est, in quo hic est uersus  
ἢ μὰν λειλᾶν αὐτεν αὐκέτη λῶρη νέμεσθαι.  
Nempe satis misere namq; ultra pascere nolunt.

Quod ipsum alibi copiosius ucriimus, sic.  
Nempe satis miseris desyderio illius ægræ  
Gramina non carpunt, nec pabula nota requirant.  
Daphni

I N V I R G I L . B V C .

Daphni tuum Pœnos etiā ingemuis. 1.

Theocritus in Thyrſide.

τῶνον μάνθων θῶεσ τῶνον λύκοι ὥρμοσκυτόν  
τῶνον χ' ὀκθρυμοῖο λέων αὐγέκλαυστος θαυμότε  
illum omnes fleuere feræ, fleuere lupi;  
Pantheræq; nec illius impia flentes  
Funera sylvestres ignorauere Leones.

Vitis & arboribus decori est, ut uit. u. &c.

Theocritus Idyl. 8.

Τὰ δένι τὰ δελέανοι κόσμος τὰ μάλιστα μάλα  
τὰ βοΐ πάντα μόχος. Τοῦ δεικόλεω αὖ βόες σύντζ  
llicibus glandes, pomo sunt poma decori  
Taurorum uituli, pastorum gloria tauri.

Tale tuum carmen nobis diuine Poëta.

Theocritus in Thyrſide, scilicet Idyl. 1.

Ἐπειδὴ ποιμανὸς τεὸν μέλος ἐπὶ καταχέσ  
την ἀπὸ ταῖς πέπαστ καταλείβεται ὑπό<sup>την</sup>  
Θεγύσθωρ.

Tale tuum carmen nostræ incundius auri  
Quam quæ præcipitans alta de rupe suavi  
Murmurat unda fono.

Nec calamis solū æquip. sed uoce Mag.

Videtur de Theocrito dicere ac seipso, quasi se  
fatuum ab eo secundum.

ANNOT. EOBANI HES.

Pocula bina nouo spum. lacte quot an.

Theocritu in Hodæporis.

Σπεσδὴ κρητῆρα μέτεν Αἰγαῖοιο γάλακρες  
τῶις οὐμφαστασδὴ τὸ ἀδέος ἀλιον ἐλαίω  
Ipse nouem statuam magnum cratera camænisi  
Lacte redundantem niueo, iuxtaq; reponam  
Mox alium prædulci olei liquamine plenum.

Et mox

σπεσδὴ οὐκ ιώ μηδὲ μολὼς τῷ πανὶ πέλακρες  
οκτοὶ λέσκαφίσας μέλιπος τῷλία κηρέ  
ἐχοίσθε.

In ipso Idyllo à nobis uerso sic, Bis quattuor inde  
Constituam situlas magno libamina Pani  
Lacte mero plenas, totidem plenos redolenti  
Melle scyphos, plenumq; fauorum nectar habētes.  
Et multo in primis hilaras con. Baccho  
Ante focum si frigus erit, si messis &c.

Totus hic locus est apud Theocritum in Thaly-  
sijs, hoc est, Idyl. 7.

τὸν πήλεατικὸν οἶνον ἀπὸ κρητῆρος ἀφυέσ-  
ταρ πυρὶ κεκλιμένος κύαμον σὲ τις ἐν πυρὶ<sup>φυέσει</sup>  
χ' αἱσιβᾶς ἔωεται πεποκαομένα ἐσ' αἱ  
τάχω  
κινύζατ, ἀσφοδέλω τὲ τολυγιάμπω τὲ σε-  
λίνω.

IN VIRGIL. BVC.

πίοισι μαλακῶσ μεμνημένος ἀτάνακρος  
ἀντοῖσιν κυλίκεοι καὶ ἐσ οὐρήα χεῖλος  
ἔρεισθω  
ἀυλησεῦτη δέ μοι δύο τοιμεῖδες, εἰσ μὲν ἀ-  
χαργεύσ.

εἰς δὲ λυκωτέταις ετο· Quod nos ita totum  
ipsum Idyllion uertentes expressimus.

Inde hæc uina bibam pateris Pteleatica plenis  
Ante focum residens, aliquis mihi grata fabarum  
Segmina, de socijs calido torrebit in igne  
Lectus erit uero uarijs densissimus herbis  
Chrysaq; Asphodeloq; reflexibiliq; Selino  
Molliter ipse bibam chari memor Ageanactis  
Euacuans plenos toto crateras Iaccho  
Donec in allapsis immergam fecibus ora  
Pastores duo cantabunt, quorum hic sit Acharnan  
ille Lycopites.

Et cum lustrabimus agros.

Macrobius ex 3. Saturnalium cap . 5. hæc sunt  
uerba. Ambarualis hostia est, ut ait Festus Pomp.  
que rei diuinæ caussa circum arua ducitur ab ijs qui  
pro frugibus faciunt, huius sacrificij mentionem ha-  
bet Virg. in Bucolicis, ubi de Apotheosi Daphnidis  
loquitur. Hæc tibi semper erunt ετ cū s. u. Red.  
Nymph. ετ cum lust. agros. Vbi lustrare significo

## ANNOT. EOBANI HES.

eat circuire: hinc enim uidelicet & nomen hostiae acquisitum, ab ambiendis aruis. Sed & in Georgicō lib. 1. Terq; nouas circū fœlix eat hostia fruges.

Damnabis tu quoq; uotis.

Idem Macrobius eodem libro cap. 11. citans illū locum ex 5. Aeneid. Vobis letus ego hoc carentē in littore taurum Constituā ante aras uoti reus &c. Reus, inquit, uoti uocatur, qui suscepito uoto se numeribus obligat. Damnatus autem, qui promissa uota iam soluit.

## Dum rore Cicadæ.

Rore pasci cicadas adnotatum supra est ex Theocriti Nomeo ibi, Vix oīibus hærent  
μὴ πεῶκας στίχεται ωμοὶ ὁ τέττιξ;  
Nunquid rorem depascitur ut Cicada? Hic adiiciē dum quod Plin. nat. hist. lib. 11. cap. 16. quidam illis aculeatū ait esse in pectore, quo rorem latabant, & excitatae, inquit, cum subuolant, humorem reddunt, quod solum argumentum est rore easdem uesci.

# ECLOGA

## SEXTA.

Prima Syracusio dignata est ludere uer.

Sicut

**S**icut alibi hic quoq; fatetur De Theocrilli, quē  
imitetur simplicitate se recedere cum excusatiō  
ne quadam rerum & temporum suorum, in  
quibus illa Theocritica simplicitas ubiq; exhiberi nō  
poterat, et si uā rem & argumentū tēperat, ut tamē  
de summis rebus quantū fieri potuit, non nisi rusticis  
& pastoralibus quibusdam Allegorijs loquatur.

Quod uero ad argumentum attinet, ut in quarta Pol  
lionem & filium celebravit, sic hac Ecloga ad Va  
rum scribens, eius laudes dicturum pollicetur: &  
quoniam ille Epicureus fuit, ut ait Seruius, ideo ex  
stūmant & Epicuream sectam in hac Ecloga expre  
sam: quod Silenus Bacchi nutricium & pædagogū  
deum ebrium & semper temulentum quasi uolupta  
tis potandi symbolum inducit: duos uero Satyros  
quos in Venerem proclives & salacissimos credit  
antiquitus, quibus & eo nomine Nympham adiicit  
formosam & lasciviam, significat enim aurā & splen  
dorem, cui Deus bene potus minatur stuprum: præ  
terea & Satyros canendi studiosos fuisse scimus,  
ideoq; illis carmen promittit, ut nihil hic omnino de  
sit, quod bestiale illam uoluptatem relinquat imper  
fectam, quamvis & canendi uoluptas si sola & sine  
reliquis lenocinijs adhibeat, iure optimo possit  
bonestissima dici. Reliqua quæ ab eo de rerum pri  
mordijs & mundi ortu canuntur, de sententia Epi

ANNO T. EOBANI HES.

cureorū sunt in uacuo atomos, id est, inseparabilia corpuscula cōfluentes mundū constituisse, quod & De mocritus affirmat. Quā de re quam sint uarie ac dī uerse Philosophorū opiniones, haud quaq; presentis instituti est differere, quandoquidē nec cōmentarios, sed adnotatiōnes tantiū scribimus. Illud itaq; non dis simulandū, quod in quibusdā exēplaribus sic legitur. Nec tantum Rhodope miratur & Ismarus Orpheus. Quantum omnis mundus gaudet cantante Sileno. Ybi ultimū uersum supposiūciū esse, & ab impudente quopīa plagiario adiectū, uel id satis argumentū est, quod nomen Silenus nūspīa, quod sciam, apud idoneos saltē prima breui reperiatur: uerū ut apud hunc semper longa. Præterea nec quicq; Virgiliane uenē κ τῆς Φράστος redolet hic uersiculus. Nec sententiam impedit, quod relatiuum quantum non est adiectum antecedenti aduerbio tantum. Cum illud & intelligi possit commode: & inueniatur hoc sine illo sēpe positum, ut in proxima Ecloga. Nam neq; me tantum uenientis sibilus Austri etc.

Cynthius aurem uellit & adm.

Videto Eras. in Proverbio Aurem uellere.

Vt littus Hyla Hyla omne son.

Idyllion Theocriti. 13. quod inscribitur Hylas hanc fabulā amissi & à Nymphis rapti Hyle continet: quod breviter hic attigit.

I N V I R G I L . B V C .

Tum canit Hesperidum m . m . p .

Et hinc breuiter attigit , quod apud Theoc . in Comae  
ste , seu Amaryl . paulo latius indicatur his uerbis .  
Ἴππομένης ὅκα λὴ τὰν πρόθενον κελε γῆμας  
μᾶλλον ἐν χροσὶν ἐλών μρόμον ἀνυεν , αὐλὴ  
τελάντω

ώστιστη ως ἐμάνη ωστε τοῖς βασιν ἀγλετετερωτε

Quod est Latine

Et sane Hippomenes Atalante captus amore  
Mala ferens manibus calida decurrit arena  
Quem iugo interea rapido praeuertere cursu  
Ut uidit perijtq; profundum hausit amorem .

Tum canit errantem perm . ad fl . Gallū .

In Bucolico carmine maxime tres amicos apud  
Aug . potentes celebrauit , Pollionem , Varum &  
Gallum , quem hic Poëtam fuisse dicit , atq; id mu-  
neris à Muisis ipsis non secus , ac Hesiodium accepis-  
se , cuius amores ultima Ecloga celebrat . Hic est il-  
le Gallus , cuius & Plinius in Epistolis mentionem  
facit , scribitq; legisse se libros eius de comparatione  
eloquentiae patris Pollionis , huius enim filius hic Gal-  
lus fuit & Ciceronis , in quibus ausus sit patrem elo-  
quentia Ciceroni prætulisse , de quo & ipsum nec  
fus sunt .

ANNO T. EOBANI HES.

Cum libros Galli legerem quibus ille parenti  
Ausus de Cicerone daret palmamq; decusq;  
Lascium inueni lusum Ciceronis &c.  
Contra quem in defensionem Ciceronis scripsit Clau-  
dius Imp. Extat locus Ep. lib. 7. plura de hoc  
Gallo dicentur Ecloga ultima.

# ECLOGA

## SEPTIMA.

**F**Orte sub arguta cōsed. ilice Daph.  
Cōpulerantq; gr. Coryd. & Th. in u.  
Theocritus in Bucolias Idyl. 6.  
ἀμοίτασθα μέφνις ὁ θώκολος έισ' οὐα χωρού  
τὰν ἀγέλαιν πόκ' ἄρατε Κυάζησν &c.  
Pastores duo Dametas & Daphnis Arati  
Compulerant armenta simul &c.  
Ambo florentes æstatib. Arcades ambo  
Et cantare pares & respondere parati.

Theocritus Idyllio 8.

ἄμφω τώγ' ήτις πυρροῖ χώραμφω αὐάβω  
ἄμφω συστίσθεν μεθεκμένω, ἄμφω ἀειδεῖ  
Ambo æstate pares tenera, flauentibus ambo  
Crinibus, & pulchro docti contendere uersu.  
Eque

IN VIRGIL. B V C.

Eque sacra resonant examina queru.

Theocritus ἐν ὁδοις ορφεις.

Ὥλ' καλὸν θομεῦντι περὶ ορμάγεσι μέλισσαι  
Sicibus hic resonant aparia molles bombis.

Idem uersus est & in Thyside.

Hic tantum boreæ curamus fr. q. &c.

Theocritus in Nomeo.

Ἐλέθερος φύγει τοις ἔγω τόσαν μελεσίναι  
ὅσην ἐρῶντι παῖδες μύθου καὶ μηδόσ ἀκούειν.

Torrida ego æstatis tam curio tempora siccæ

Quantum herba mihi natos audire parentum.

Muscosi fontes & somno mollior herba

Theocritus Idyl. 8.

κράνους ὑποτένους λυκερὸν φυτόν &c.

Fontes & vegetæ plantatio nobilis herbæ &c.

At si form. alexis Mont. his abeat &c.

Ibidem.

πάντας ἔχει, πάντας ἔχει νομοί, πάντας ἔχει λακρό

οὐδαπα τακ ταλάθεσιν καὶ τὰ νέα τέφεται

ἔνθ' ἄκαλα ταῦτα πάντας εἰσετῇ αὐλήν ἀφέρειν

χ' ὡς ποιμάν ξηρὸς τηνόθι χ' αἱ βοτάγοις

Omnia tunc uernani, tunc omnia pascua florent

Omnia plena boues ubera lactis habent,

Cum uirgo huc formosa uenit, post illa recepsit,

Flaceescunt herbae, pastor, & omne pecus.

L

ANNO T. EOBANI HES.

Et eadem similitudine est & sequens locus.  
Populus Alcidæ gratissima &c.

λεύκαν ἡράκλεος ιερὸν ἔρυος  
Herculi sacram populum esse. Locus extat in Phar-  
maceutria, hoc est Idyl. 2.

# ECLOGA

O C T A V A.

Pastorū Musam Damonis & Alphesib.

Depars conquestionem amantis contempsit  
ab ea à qua sperauerat amari continet, que  
simile quiddā habet Comasti, seu Amaryllidi Theo-  
criti & Cyclopi. Secunda ad similitudinē φωρ  
μάκευσίας eiusdem, quam penè totā huc translu-  
lit, facta est: in qua mulier ueneficijs quibusdam  
& incantamentis animum ura peruertere, & in  
suum amore allicere, conatur.

Mopso Nisa datur

Sparge marite nuces

Non omnia possumus omnes.

Locisunt ab Erasmo in Adagijs satis explicati,  
& nobis huiusmodi adnotare non fuit cōsilium, sed  
locos ferè Theocrisi.

Dumq;

IN V I R G I L . B V C .

Dumq; tibi est odio mea fistula , d . cap .  
Hirsutumq; superciliū , prolixasq; barba .

Theocritus in Cyclope .

Θυρεκά μαι λασία μδν ὄφιν ἀθή παντὶ με =  
τώδω

ἢ ὡτος τέπεται ποτὶ θ' ὥτερον ως μία με  
κρά .

Ἐτσ δ' ὄφινα λμὸς ἐπει τλατεῖα λέ φίσ  
χειλε . Quod est .

Densa supercilio quia frons est plurima nigro

Idq; aurem flexu contingit ultranq; supremo

Vnus inest oculus , supraq; capacia nasus

Vasta mole iacet mea labra , atq; imminet ori .

Sepibus in nostris paruā te roscida mala

Dux ego uester erā , uidi cū matre legēte .

Theocritus in eodem ἀνικα πρῶτο

ἴνθεσ ἐμᾶς Κύματι Θέλοισ' ὑακίνθινα Φύλα  
λα

ἢ ὁρεος φείδεσσα . ἵγε δ' ὄδηρον οὔγειον  
νευρον .

Quo tempore primum

Venisti cum matre , uolens folia his Hyacinthi

Carpere montibus , ipse uiae dux fidus habebar .

Traduximus hunc locum alijs copiosius , quem  
habes in Idyllijs nostris in Euryto .

ANNOT. EOBANI HES.

Vt uidi, ut perii, ut me malus abst. error.

Theocritus in Pharmaceutria.

ώς ἴδην, ως ἐμάνησ, ως μεν ποθε θυμὸς ἵα-  
φθι Δειλάλας.

Vt uidi, ut perii, miseræ ut mihi perdita mens est.

Et in Comaste.

ώς ἴδην, ως ἐμάνη, ως ἵς Βασίν ἀγαπ-  
έρωτας

Vt iudit, perijq; profundumq; hauit amorem.

Loquitur de Atalanta.

Nunc scio quid sit amor.

Theocritus in Comaste.

νῦν ἔγνων τὸν ἔρωτας, βαρὺς θεὸς οὐρανοῖς  
μασθίλην ἐθύλαξε σφυτεῶς τέ μιν ἐβέφε μάτηρ  
Nunc scio quid sit amor numen graue scilicet illum  
Nutriit in syluis mater, saepeq; Leona  
Præbuerunt mammas.

Nunc & oues ultro fugiat lupus a. d.

Mala ferant quercus n. f. a. &c.

Theocritus in Thyrside.

νῦν οὐ μὴν Φορέοι τε Βάτοι Φορέοι τε λ' ἄκαν  
θαλα

αὶ λέκαλανάρκιωσ επ' ἀρκεύθοισι κομάσουε  
πάντα λ' ἐναγλατένοιστο, καὶ αἱ πίτυσ ὄχυρας  
ἐγείκαν

IN VIRGIL. BVC.

Ἄλφυσ ἐπεὶ θύσκει, καὶ τῷς κύνας ὡλας  
Φοστῆλκοι

καὶ ἄξ ὄρέων τοῖ σκαδπης ἀνδρει περύσσευτο.

Quod ferē est huiusmodi.

Nunc violis florete rubi, nunc mollis acanthus

Nunc etiam pulchro Narcissi in flore comantes

Iuniperiq; breues, pugnantia foetibus edant

Omnia natuuis, ferat hæc pyramolla pinus

Nunc timidæ catulos aguent in retia cerue

Stridula uocali Philomelæ noctua certet

Dum perit extinctus crudeli funere Daphnis.

Præceps aërii specula de mōtis in undas

Deferar. Theocritus in Comaste.

τὰν έωτάν ἀνθελίς ἐισ κύματα τὴν αὔλη

μαι. Quod est.

In siliam fluctus abiecta ueste profundos.

καὶ ἐν τοῖς ὁδοῖς ὕδοισ.

η κατὰ τὴνας.

τὰς τεῖχας ων νόροι τε μανεῖς ἐσ κρᾶσι  
ἀλοίμαν. Id est. Aut ego præceps.

De rupe insiliam subiectum in Crathidis amnem.

Effer aquā, & molli cinge hæc alt. uit.

Simile est principium Theocriti

Pharmaceutrie.

πακτοι τὰν οὐφυαι, φέρε θέτυλι:

ANNOT. EOBANI HES.

ωντα φίλα  
σέτοι τάνκε λέβαι φοινικέω οἰος ἀώτω·  
Id est.

Has lauros, hæc mislafer huc age Thestyli philitra  
Atq; hæc purpureæ tege pocula uellere lanæ.

Ducite ab urbe domū mea carmia, d.D.

Versus intercalaris est ad imitationem Theocriti,  
qui duos habet, quarum est primus.

ἴνγξ ελκε τὸ τῆνον ἐμὸν ποτὶ μῶμα. Θν  
ἀνθρα.

Lynx redde domum retrahens, mihi redde maritum

Vbi notandum obiter, quod Seruius τὸν ίνγξ  
interpretatur turbinem. Alij auiculam aiunt esse,  
qua Latine dicatur motacilla, qua in ueneficijs utan  
tur maleficæ.

Necte Amarylli nodos, & Veneris dic  
uincula necto.

Simile est hoc Theocriti  
πάσος ἄμα καὶ λέπταντα, τὰ δὲ λαύδασσον  
πάσοντα.

Sparge simuū dicens hæc sparge Delphidis ossa.

Limus ut hic durescit, & hæc ut cæra liq.  
Vno, eodeq; igni, sic nostro Daph.am.  
σο ταῦτα θν καρὸν ἔγω σὺν μαύροι τάχο  
ως

IN VIRGIL. BVC.

εὸς τάκοισ' π' ἔρωτος ὁ μύνδιος ἀυτίκα σὲ λαφίς

Hec ut agente Dea flamma mihi cera liquefecit

Sic in amore meo, liquefia Delphis &c.

Daphnis me malus urit, ego hæc in D. I.

σὲ λαφίς ἐμὲ αὐτίαστη, εἰγὼ δὲ ἦδι σὲ λαφίς  
εὐφραντή, οἴθω -

Delphis me contristat, ego hanc in Delphide laurā  
Exuro.

Τερψὶς hæc altaria circum, Effigiē duco,

Numero Deus impare gaudet.

Est et apud Theocratum hoc de ternario.

Ἐς τὴς ἀπωλένσων τὰς τάσεις πότνια φωνῶ  
Nunc ego ter libo, ter et hæc bona carmina dico.

Has olim exuuias mihi perfidus ille reli.  
ποῦτ' ἀπότας χλώγασθε κράσεδον ὠλε-  
στε σὲ λαφίς.

ῳ γὼ νῦν πάλαισσε κατ' ἀγρίων ἐν πυρὶ<sup>βάλλω.</sup>

Perfidus hanc Delphos de chlæna perdidit oram  
Hanc ego nunc uellens duro infero protinus igni.

Has herbas, atq; hæc ponto mihi lecta u.  
Ipse dedit Mœris &c. Simile est Theocrati.

ποῖα οἱ ἐν κισακακαῖ φάρμακα φαμί φυ-  
λάσσου

κασυεῖσα σὲ πασίνα παρὰ ξείγοιο μαδοῖσσε.

A N N O T . E O B A N I H E S .

Talia tamq; potentia pharmaca cista recludit  
Hac mea , ab Assyrio didici que cuncta magistro .  
Et Hylax in limine larrat . Theocritus .  
κύνες ἀμυναίσθαι πόλιν ωρίονται οὐκ .  
Sed in urbe larratisbus ædunt  
Nunc mihi signa canes οὐκ .

E C L O G A  
N O N A .

**Q** Vote Mæri pedes ? an quo via  
ducit in urbem ?  
Theocritus ēv δαλυσίοις .

σπιχιδε τὰ λίτν μετέμετον τό<sup>το</sup>  
στεγάλκοι ; Quod est .

Sumichida quo te ducit via tempore , quo nunc  
Sol medium cœli currū ferit igneus orbem ?  
Heu cadit in quer. quā tantū s.h. t. nob.  
Pene simul tecū solatia rapta Menalca ?

Per Menalcam hac Ecloga Virgilium intelligi-  
mus , cuius ab Arrio Centurione penè interfecti pe-  
riculum hic auersatur . Quod οὐ κανεὶς εἴδε  
expressit Ecloga tertia .

Parcite oues nimium procedere , non beneripe  
*Creditur*

I N V I R G I L . B V C .

Creditur ipse aries etiam nunc ueller a siccatur .

Cum saluit illi fuisse propinquitas Minij amnis ,  
in quam ille se præcipitem immiserat .

Tityre dum redeo ( breuis est uia ) p . c .  
Et potū pastas age Tityre , & inter agēdū  
Occursare capro ( cornu ferit ille ) caueto .

Libet hoc loco adscribere uerba Auli Gellij ex no-  
clii Atticarū lib . 9 . cap . item 9 . ut cū ex his appa-  
reat quis sit modus uerba Græca in Latinas uertendi  
sententias , mihi quoq ; in his Theocriticis , alijsq ; uer-  
tendis parator uenia habeatur , si nō omnia statim ,  
nec ad uerbum nec ad numerum uersuum reddide-  
ro . Verba Gellij sunt huiusmodi .

Quando ex poëmatis Græcis mutandæ , uerten-  
dæq ; sunt insignes sententiae , non semper auunt eni-  
tendum , ut omnia uerba omnino in eum , in quem  
dicta sunt , modum uertamus . Perdunt enim gratiæ  
pleraq ; si quasi iniuta & recusantia uiolētius trans-  
ferantur . Seite igitur & consyderate Virgilium , cum  
aut Homeri , aut Hesiodi , aut Apollonij , aut Par-  
thenij , aut Callimachi , aut Theocriti , aut quorun-  
dam aliorum locos effingeret partem reliquit , alia  
expressit . Sicut nuperrime apud mensam cum lege  
rentur utraq ; simul Bucolica Theocriti & Virgilij ,  
animaduertimus reliquise Virgilium , quod Græci

A N N O T . E O B A N I H E S .

mire quam suave est . Verti autem , neq; debuit , neq; potuit . Sed enim quod supposuit substituiq; pro eo qd' omiserat , nō abest , quin iucundius lepidiusq; sit .  
Εάντει καὶ μάλοισ τὸν αὐτολόγον οὐ . Verum hunc locum nos supra Ecloga terita exposimus .

Subdit uero Gellius .

Illud quoq; alio in loco animaduertimus caue omissum , quod est in Græco uersu dulcissimum .

Τίτορ' ἐμίνθη καλὸν πρυλαμένε βόσκε τὰς  
αἰγας

μῇ ποτὶ τὰν κράναν ἀε τίτορει καὶ τὸν ἐνόρχαν  
τὸ λιβυκὸν κνάκωνα φυλάω εο μή το κορύτην

Hic uersus sunt in Comaste Theocriti , quos Gel-  
lianorum locorum interpres , quisquis is fuit , in  
hunc modum Latinos fecit .

Pasce ad amate mihi pulchre has heus Tityre capras  
Et potum ad fontes age Tityre , sed coleatum  
Hunc ari um rufumq; caue , ne cornua ubret .

Nos cum totum idyllion sicut et alia pleraq; uer-  
teremus , sic expressimus inter alia

Heus age nostras .

Chare mihi ante alios mi Tityre pasce capellas  
Viciniq; sat is pastas , age fontis ad undam  
Hunc Lybicu m tamen et coleatum , uelleris albi  
Obserua , ne te cornu frumento laceffat .

Cantantes

IN VIRGIL. BVC.

Cantantes sublime ferent ad sydera cyg.

Ad hunc locum allusisse existimo omnibus modis  
doctissimum uirum Erasmus Roterodamum eo car-  
mine, quod duabus Tragedijs Euripidis Hecubæ,  
Et Iphigeniæ à se uersis proposuit, quod ipsum,  
quia est non solum elegantissimum, uerum etiam  
his temporibus apertissimum, uisum est, ex maxima sui  
parte, neq; enim attinet totum, adscribere.

Est uero huicmodi.

Scite Poëtas doctos appellat Maro

Cygnos Guilielme præsulum eximium ducus

Res mira dictu, ut cuncta consensu nouo

Vati atq; olori congruant diuinitus

Niueus utriq; candor, alter lacteis

Plumis, amico candet alter pectore

Musis uterq; gratus ac Phœbo sacer

Et limpidis uterq; gaudet amnibus

Ripis adæque uiterq; gaudet herbidis

Pariter canorus uterq;, tum potissimum

Vicina seram mors senectam cum premit,

Sed, qui tenent arcana naturæ, negant

Audiri olorem niscent fauonij.

Nil ergo mirum barbaro hoc si saeculo

Canorus olim, obmutuit natum chorus

Cum tot procates undiq; obstrepat Noti

ANNO T. EOBANI HES.

Boreæq; tristes inuidorum & pinguium

Nulli fauentum prouocent Fauorij.

Quid uerius dici potuit in mores horum temporū,  
in quibus ut nullus fermè habetur ingenij honor,  
ita misere & magna cum futurorum hominum cla-  
de iacent recta studia, nisi quod paucis adhuc in lo-  
cis (de Germanis loquor) languidas uoces trahunt,  
in alijs uelut reuiuiscent. Una Vittenberga ad Albim  
munificentia ac sapientia optimorum Principum fœ-  
licis recordationis Friderici nuper, nunc uero ip-  
sum fratre Germano Ioannis Rom. Imp. Electorum  
unā cum optimæ spei filio Ioanne Friderico, studio  
uero & industria, in primis doctissimi utri Philippi  
Melanchthonis, uelut cōmuni clade collabentem,  
in Germania omnium bonarum disciplinarum statū  
sustinuit, & non solum ipsa sustinuit, uerum etiam  
in alias urbes rectorum studiosorum professores mi-  
sat. Taceo, quanta cum laude illustris Hessorum Prin-  
ceps Philippus Marpurgi nuper scholam publicam  
conductis ad eā rem liberalibus suspendijs trium lim-  
guarum & optinarum omniū artium professoribus  
instituerit. Hoc silentio transire non possum, nec  
debeo, quod Magnificus, ac sapientissimus Senatus  
Nurenbergensis acciūs à Vittenberga Philippo Me-  
lanchthoni, cuius auspicijs ea res tantum orduretur,  
Joachimo Camerario Græcarum ac Latinarum lice-  
rarum

IN VIRGIL. BVC.

rarum , Micalo Roringo Rhetoricæ ac Theologie ,  
Iohanne Schonero à Bambergā , rerum Mathematicarum ,  
Ioanne Boschenstenio , Hebraicarum literarum , me quoq; ab Erphurda , utinam tanta laude  
non fraudanda , Poëticæ discipline professoribus ,  
hoc biennio scholam eam instituit , cuius fructus &  
utilitas non ad suos tantum ciues , uerum & ad longe  
disiudos homines sit aliquando peruentura , ut in  
hac urbe politicarum rerum disciplina ex omnibus  
Germanicæ ciuitatibus unicam laudem , ac præcipuam  
gloriam iamdudum omniū mortalium consensu ob-  
tinente , etiam non defutare eruditiois fundamenta  
iacta uideantur .

Verum hæc ego non eram scripturus , nisi Eras-  
mei carminis argumentum in hoc me diuerticulum  
uelut abripiisset de spacio . Nunc ad institutū redeo .  
Extat apud Politianum eadem cygnorū & Poëtarū  
comparatio Epistolarum lib . 7 . Quam Erasmus  
multo fecit elegantiorē , quod & carmine lepidissime  
mo exp̄essit , & ad temporum mores uerisime ac-  
commodauit .

Et me fecere Poëtam

Pierides sunt & mihi carmina , me q. d.  
Vatē pastores , sed nō ego credulus illis  
Nā nec adhuc Varo uideo , nec d. Cin.

ANNOT. EOBANI HES.  
Digna, sed argutos interstrepere ans. ol.  
Theocritus in Thalysijs.

Μηδέγω μοισάν καπυρὸν σόμα κῆμε λέγυττ  
πάντες ἀοιδὸν ἀεισον, ἐγὼ δὲ ποσ οὐ ταχύ<sup>πεθῆς.</sup>

οὐλαγ οὐ γέρω τακατ' ἐμὸν νόον οὔτε δύ<sup>έπειλὸν.</sup>

οικελίσθεν νίκημι τὸν ἐκ σάμῳ, οὔτε φιλητῶν  
ἀειδὸν βαξάχος ἡ τοτ' ἀκίσθες ωστὶς ἐφίσθε  
Quos ita reddidimus.

Et mihi blandiloquion dedit os in carmina Musa  
Et me pastores cuncti dixere Poëtam.  
Optima qui cantem. Sed non ego credulus illis  
Indice me nec enim Siculum deuicero uatem  
Qui Samon incoluit, nec Coi pulchra Philetæ  
Carmina, sed uolucres tanquam sirana locustas  
Sic ego sic certo doctos superare Poëtas  
Huc ades, insani feriant sine lit. fluctus.

Theocritus in Cyclope.  
τὰς τλαυκὰς Λέδαλασσαν ἔα ποτὶ χέρον  
ἴσεχθεῖν.

Nos inter alias sic.  
Interea glauci feriant sine littora fluctus.

Lipi Mœrim uidere priores.  
Sensum hunc inuerit Theocritus Idyllio 5, quod  
inscribitur

I N V I R G I L . B V C .

ῑnscr̄bitur, κυνίσκασθέρωσ, οὐ φθεξ̄ λύκον  
τίσσεσ. Erasmus in proverbio, Lupi illū priores uideret, sic uertit, Edere non poteris uocem, lupus  
est tibi uetus.

Hinc adeo media est nobis uia, namq;  
sepulchrum

Incipit apparere Bianoris &c.

Theocritus in Thalysijs.

Κ' οὐδα τὰν μεσάτην ὁλὸν ἀγομέσ, οὐ λέπ  
σάμα  
ἀμ. ἐπερασίλα κατέφκυρος.

Nec dum forte uiam medium consecimus, et nec  
Apparebat adbuc Brasile sublime sepulchrum.

# ECLOGA

D E C M A .

Extremum hunc Arethusa mihi conces-  
de laborem,  
Pauca meo Gallo &c.

**H**Ac ultima Ecloga amorem Galli celebrat,  
sed ita, ut à pastoralibus personis, ac  
comparationibus non discedat. Qua in re

ANNOT. EOBANI HES.

maior aliquanto est affectuum amantis expressio,  
dum ipsum inter pastores et pecora, & quasi in soli  
tudine abiectū ac relictum numina, etiam rusticana  
& pastoralia consolantur. Quod totum argumen-  
tum ferè sumptum est ex Thyside, hoc est, Idyllo  
primo Theocriti, qui simile omnino tractat argu-  
mentū de suo Daphnide. Præter ea, quæ de hoc Gal-  
lo supra dicta sunt Ecloga sexta, scire etiam conuen-  
nit Poëtam fuisse eximium, & Eupharionis Poëtae  
Græci patria Chalcidensis carmina, in Latinam lin-  
guam transtulisse. Amoresq; suos de Cytheride,  
quam hic Poëta Lycorim ficto nomine adpellat, scri-  
psisse libris quattuor. Augusto fuit adeo familiaris,  
ut primus ab eo prefecturam Aegypti acceperit,  
postea ab eodem cum in Iusputationem conturbationis  
contra se uenisset, interfici iussus. Hunc Virgilius  
sic amauit, ut finem quarti Georgicorum totum ip-  
sius laudibus occuparit, quem locum post sublatum  
Gallum iussu Augusti, in fabulam Aristæi, commu-  
tauit. Hæc ferè Seruius.

Non disimulat autem in principio huius carmi-  
nis Poëta minime arrogans, plurima, & hic sicut  
alibi quoq; ex Theocrito, desumpta, ut illud statim.

Quæ nemora, aut qui uos saltus hab. p.  
Naiades, indigno cū Gallus amore per-  
Nam neq;

IN VIRGIL. GEORG.

Nam neq; Parnassi uobis iuga &c.

Theocritus Idyllio primo.

τὰ ποκ' ἄρ' ἀδίδοκα σάφνις ἐπάκριο τὰ πο-  
κα νύμφαι

ἢ κατὰ πηνεῖον καλὰ τέμπες, οὐ κατὰ πίναξ  
οὐ τὸ μὲν ποτεμοῖο μέτεν γόον εἰχετ' αὐτά πα-  
νιλ' αὐτνασ σκοτιάν, οὐδὲ ἀκιδος ἱερὸν υἱοῦρ

Quae nemora, aut qui uos saltus habuere puelle

Naiades, indigno cum Daphnis amore periret

Pulchra ne uos temuisse putem Pencia tempe?

Num iuga Thessalici Phœbo gratissima Pindi?

Nam neq; detinuit placi uos flumen Anapi

Non etiam scopuli flamma insuperabilis Aetne

Non sacrum coluisse putem uos Acidis amnem.

Illū etiā lauri, etiam fleuere Myricæ &c.

Ibidem.

τὴνον μάγθωσε τὴνον λύκοι ωρόστευρ  
τὴνον χ' ὡ' κ δρυμοῖο λέων αὐτέκλαυσε δα-  
νούτας.

Quod est.

Illum omnes fleuere feræ, fleuere lupi;

Pantheræq;, nec illius impia flentes

Funera sylvestres ignorauere icones.

ANNOT. EOBANI HES.

maior aliquanto est affectuum amantis expressio,  
dum ipsum inter pastores et pecora, & quasi in soli  
tudine abiectū ac reluctum numina, etiam rusticana  
& pastoralia consolantur. Quod totum argumen-  
tum ferè sumptum est ex Thyside, hoc est, Idyllo  
primo Theocriti, qui simile omnino tractat argu-  
mentū de suo Daphnide. Præter ea, quæ de hoc Gal-  
lo supra dicta sunt Ecloga sexta, scire etiam conue-  
nit Poëtam fuisse eximium, & Eupharionis Poëtæ  
Græci patria Chalcidensis carmina, in Latinam lin-  
guam translatisse. Amoresq; suos de Cytheride,  
quam hic Poëta Lycorim ficto nomine adpellat, scri-  
psisse libris quattuor. Augusto fuit adeo familiaris,  
ut primus ab eo præfecturam Aegypti acceperit,  
postea ab eodem cum in suffisionem conurationis  
contra se uenisset, interfici iussus. Hunc Virgilius  
sic amauit, ut finem quarti Georgicorum totum ip-  
sius laudibus occuparit, quem locum post sublatum  
Gallum iussu Augusti, in fabulam Aristæi, commu-  
tauit. Hæc ferè Seruus.

Non disimulat autem in principio huius carni-  
nis Poëta minime arrogans, plurima, & hic sicut  
alibi quoq; ex Theocrito, defumpia, ut illud statim.

Quæ nemora, aut qui uos saltus hab. p.  
Naiades, indigno cū Gallus amore per-

Nam neq;

I N V I R G I L . G E O R G .

Nam neq; Parnassi uobis iuga &c.

Theocritus Idyllio primo .

τὰ ποκὸς ἄρες καὶ ὅκα μέφυνες εἰ τάκτοι τὰ πο-

καὶ γύμφαι

ἴκατα πηνεῖων καλὰ τέμπες, οὐ κατὰ τίνας  
οὐ τὴν ποταμοῖο μέσην ρῶν εἰχετ' αὐτάς ταῦ-  
τα λόγια σκοτιάν, οὐδὲ τοις ιερούς ύστερος

Quae nemora, aut qui uos saltus habuere pueræ

Naiades, indigno cum Daphnis amore periret

Pulchra ne uos temuisse putem Peneia tempe;

Num iuga Thessalici Phœbo gratissima Pindi;

Nam neq; detinuit placi uos flumen Anapi

Non etiam scopuli flamma insuperabilis Actne

Non sacrum coluisse putem uos Acidis annem.

Illū etiā lauri, etiam fleuere Myricæ &c.

Ibidem.

τὴνον μάγι θῶσε τὴνον λύκοι ωρέοσσεν

τὴνον χ' ωκέανοιο λέων αὐτέκλαυσε δα-

νούται.

Quod est.

Illum omnes fleuere feræ, fleuere lupi;

Pantheræq;, nec illius impia flentes

Funera sylvestres ignorauere leones.

M

ANNOT. EOBANI HES.

Eundem locum usurpauit supra Ecloga quinta,  
ed alter, Daphni tuum &c.

Et formosus oues ad flumia pauit Adon.  
Ἄργος τοῦ οὐρανοῦ εἶπεν καὶ μᾶλα νομεύει.  
Ipse etiam formosus oues, nunc pascit Adonis.

Venit & upilio tardi uenere bubulci,  
Vuidus hyberna uenit de glāde Menal.  
Omnes unde amor iste rogant &c.

Ἄνθεον τοῖς θεότακι τὸν πολὺν πόλον ἀνθέον  
πάντες ανηρώτευν τὴν πάσοι κακού ἄνθεον πάσι.

καπάσ

καφί, οὐρανού τὰ λαχεῖ τὸ τάκεων &c.

Pascua linquentes tardi uenere bubulci

Venerunt teneras soliti pauisse capellas

Omnes unde amor iste rogant, tibi uenit & ipse

Impiger hortorum custos dixitq; priapus

Daphni miser, quid nam tanto consumeris astu.

Et solus hic locus ad imitationem Theocriti est factus.

Et nigræ uiolæ sunt, & uacinia nigra.

Theocritus in Ergatini.

Καὶ τὸν μέλαν δέ τοι τὸ γραπτὸν ἄκινθος  
ἄλλον πάσες ἐν τοῖς στεφάνοισ τὰ πρωταλέ  
τρυντικα.

Id est

IN VIRGIL. BVC.

Id est.

Sunt etiam violæ florum pars maxima nigrae  
Decolor & rubros Hyacinthos littera signat  
Principis tamen hæc in floridæ ferta leguntur.

Nec si frigoribus mediis Hebrœq; biba,  
Scythoniaſq; niues hyemis f. aquofæ,  
Nec si cum moriens alta liber aret in al.  
Aethiopum uersemus oues sub syd. can.

Theocritus in Thalysijs.

Ἐντος Λαγίδην μέδιν ἐν δύρεσι χείματι μέσων  
Ἐβρου πάρ τοτεμὸν τε βαμυρίος, ἐγγύθεν  
ἀρκτοῦ.  
Ἐν λαγίδῃ πυμάχοις πορρ' αὐθιόπεοι γούλεοις.

Id inter alia sic uertimus.

Iaceas in montibus altis.

Edonum mediae sub tempora frigida brumæ  
Calmina qua gelidus Rhodopeia preterit Hebrus  
Fronte pruinosa gelidum conuersus in Arcton  
Cum uero medios sol ardentiſimus æstus  
Excitat Aethiopum per prata calentia pascas.

Pani minatur, nisi copiam amati faciat &c.

F I N I S.

M 2

ANNOT. EOBANI HES.

# IN VIRGI=

LII GEORGICA AD NO-

tationes, per Eobanum

Hessum.

**L**ibri Georgicorum Virgilij, quos nuper in hac schola Norica, studiosæ iuuentuti exponendos, tum scholijs quibusdam nonnihil illustrados suscepimus, quantâ utilitatem cognitionis, cum rerum, tum uerborum, studio Lectori adferant, superuacaneum fuerit, longiore hic sermone differe re, cum nec scribendi commentarios, nec ualde laudandi rem laudibus omnibus superiorem: sed tam annotationes quasdam adiiciendi (ut in Bucolis fecimus) animus nobis fuerit. Cum et permulta paſsim extent scripta, huiusc rei, laudem continentia, et praesens de industria quæſita breuitas ma teriam quavis copia maiorem capere, nec posſit, nec debeat. Ideo pauca quædam ex multis, quis enim omnia, uel ferat uel excutiat: de laudibus rei Rusticæ et agriculturæ, satis uisum est indicare tantum eeu digito, non etiam recensere. De harum itaq; re rum laudibus scripsere, quos obiter meminisse potuimus, hifire.

Cato

IN VIR GIL. G E O R G.

Cato in prefatione de Re rustica.

Varro Rerum rusticarum lib. 2. cap. 2.

Columella in præfatione & lib. 1. cap. 1.

Plinius historicus. lib. 18. à principio capitibus aliquot.

Horatius libro Epodon Ode 2. Epistolarum, lib. 1.

Epist. 10. & 14. & 17.

Plinius iunior in Epistolis aliquoties per descriptio  
nem villarum, maxime Laurentis & Tusculani.

Virgilius ipse, præter alia plenissimum uitæ rusti-  
cæ ēγκόμιον facit lib. Georg. 2.

Hesiodus quoq; passim τὸν δὲ τὸν ἐργῶν οὐ μέρος  
Ab Homero quoq; eximie satis laudata est, dū Phe-  
cum regem Alciroum summa cum uoluptate  
in hortis uersari scribit Odyss. 6. & 7. & Lan-  
eretem scenem desyderium, quod de absentia filij  
capiebat, agricultura lenientem inducit, eiusdē  
operis libro ultimo.

Scriptores Rei Rusticæ.

Scripsere de re Rustica ex Latinis, Cato, Var-  
ro, Columella, Palladius, Virgilius, Plinius, &  
hi (quos norim) extant tantum. Praeterea Hygn-  
nus, Cor. Celsus, lul. Græcinus, lul. Atticus,  
Sacerne duo, Tremelius Scropha, & hi quidem (ut  
existimo) desyderantur.

Ex Græcis plus L. de quibus uideto, si libet,

ANNOT. EOBANI HES.

Varronem & Columellam. Enumerantur etiam, qui de hac scripsere reges aliquot & duces à Plinio libro decimo octavo, capite tertio.

Quid faciat latas segetes, quo sydere ter.  
Vertere Mecoenas, ulmisq; adiung. uites  
Conueniat, quæ cura bov, quis cul. hab.  
Sit pecori, atq; apibus quata experie. par.

Hesiodus ab inuocatione orditur, ut Græci ferè  
solent, ab argumento fabuloso propositione sumens  
μουσου πνεύματος καιδήσι κλείσαι  
διῦτε δέ έννεωτε σφέτερου πατέρος υμνείου  
του.

Muse pierides proles iouis inclita cantu  
Vera patris cauſſa precor aspirate canenti.

Inde q; in fabulas Promethei & Pandoræ latius  
euagatur. Hic uero noster non à fabulis, sed quod  
Latini solent, à propositione statim orditur, eamq;  
quadripartitam facit: proponit enim, quid in singu  
lis libris sit scripturus, eo quo proponit ordine exc  
uturus. Deinde inuocat, non Musas, ut ille Græ  
cus, sed Solem & Lunam, altosq; Deos rusticos,  
quod & alij Latinorum quidam fecerunt, & Augu  
stum ipsum quem non hic tantum, ut Deum cele  
brat, nec id ratione caret, cum uno diuinis hono  
res de

# IN VIRGIL. GEORG.

res decreuerint Romani, postremo narrat ibi,  
Vere nouo &c.

Vos o clarissima mundi  
Liber, & alma Ceres, uestro si m. tellus  
Chaoniam pingui glande mut. arista  
Poculaq; inuictis Acheloia miscuit uuis

Macrobius Sat. lib. 1. cap. 18. Virgilius, inquit, Liberum patrem Solem esse scribit, & Cererē Lunam, qui pariter fertilitatibus glebae & maturan dis frugibus, uel nocturno temperamento, uel diurno calore moderantur &c.

Idem lib. Sat. 5. cap. 18. ostendit, non sine ratione Acheloia pocula dixisse Virgilium, cum de qua uis aqua uellet intelligi, in eaq; significatione Acheloum ueteres Græcos dixisse, aliquot rationibus docet.

Varro 12. Deos consentes inuocat Iouem & Tellurem, Solem & Lunam, Cererem & Liberū, Robigum & Floram, Mineruam & Venerem, Lympham & Bonum euentum. Quos & Virgilius designare uidetur, cum ait

Dijq; De&q; omnes studium quibus arua tueri  
Qui nouas aluis nonnullo semine fruges.

Vribis ne inuisere Cæsar.

ANNOT. EOBANI HES.

Vrbis legendum hoc loco, non urbes, docet Aul.  
Gellius noctium Atticarum lib. 13. cap. 19. Quod  
zōē τὸν φοῖον, ἐν iudicio aurum plerarūq;  
talium locutionum pulcherrimum est caput.  
An ne nouū tardis sydus te mensib⁹ ad.

Quidam per tardos menses hic significari putat  
Iulium & Augustum, quorum prior, cum antea  
uocaretur Quintilis, in honorem Iulij Cæsaris, qui  
Augustum adoptauit, dictus est Iulius: sequens an-  
tea Sextilis in Augusti honorem, id nominis, quod  
nunc habet, accepit. Macrobius 1. Sat. cap. 12.  
Alij generaliter æstuos menses intelligunt, mihi ma-  
gis arridet prior opinio, quoniam plus rationis habet.  
Qua locus Erigonē inter chelasq; sequē.

Non sine ratione Mathematica dictum est, futu-  
rum ipsum inter Zodiaci signa, inter scorpium &  
uirginem, quod spaciū libra, quæ chelæ scorpio-  
nis sunt, occupat. Ideoq; dicit Scorpium in eius  
gratiam brachia, id est, chelas suas contrahere, ut  
illi locū succedendi relinquat. Et fortem uictoremq;  
ostendit, quod circa scorpium, qui domicilium est  
Maris. Iustum, quod in libra: prudentem, quod cir-  
ca uirginē, quæ domicilium habet Mercurij, ip-  
sum collocat.

Vere nouo, gelidus canis cū m. humor  
Liquitur &c.

# IN VIRGIL. GEORG.

Primo uere , agrum ferendo frumento destinatū ,  
proscindendum esse , fermè omnes , qui de re rustica  
scripsere , cum hoc Poëta consentiunt , qui sunt Co  
lumella lib . 1 . cap . 4 . Plinius lib . 18 . cap . 19 . Var  
ro lib . 2 . cap . 28 . & inde Palladius lib . 2 . cap .  
1 . Hesiodus operum ac dierum lib . 2 . aliter præci  
pit , ut qui omnia , quām hic negligentius tradiderit ,  
tamen si & is excusari posse ratione diuersitatis loco  
rum , scribebat enim , ut ait Plinius , in Boeotia Hel  
ladis . Eius uerba sunt

ταλαιόσων ἀτλαντεύοντος έπιτελομεράκον  
ἀγχεδ' ἀμητοῦ . ἀρότοι πέδη μνασομεράκον .  
Incipe Pleiadum messem fecisse sub ortum  
Iisdem proscindas se se abscondentibus arua .  
Illa seges demum uotis responderet auari  
Agricola , bis quæ sole , bis frigora sensit .

Id ita intelligendum est .

Terra bis sentit frigus , semel ante æstatem ab ara  
tione uerna . Iterum semente facta ab aratione Au  
tumnali .

Bis solem , semel æstate , qua cessat ab aratione  
uerna . Iterum , qua fructum fert .

Plinius uero lib . 18 . cap . 20 . sic scribit , Quar  
to fert sulco Virgilius existimatur uoluisse , cum di  
xit esse segetem , quæ bis sole , bis frigora sensisset .

ANNO T. EOBANI HES.

Ventos ac uarium cœli prædiscere morē  
Cura sit.

De obseruatione salubritatis aut pestilitatis loco  
rum ex uentis ac regione cœli, ac aëris saluberrimū  
præceptum traditum à ueteribus, Catone de re ru=  
stica, cap. 1. Quem Columella citans lib. 1. cap. 3.  
Portius Cato, inquit, in emendo agro, præcipue  
duo consyderanda esse censebat, salubritatem cœli  
et ubertatem loci. Varro item lib. 1. cap. 4. di=  
ligenter id exequitur. Hæc uero conseque mur ait  
Columel. lib. 1. cap. 4. si uerissimo uati uelut ora=  
culo crediderimus, dicent, Ventos ac uarium &c.  
ubi obiter nota legendum uarium, nō propriū, ut ha=brant uulgati codices. Plinius quoq; citat hunc locū  
lib. 18. cap. 24. De eadem re tradidit Palladius lib.  
1. cap. 2. & 3. & 4. & 5. & 7.

Et quid quæq; ferat regio, & quid q. rec.

Varro lib. 1. cap. 23. Duo, inquit, consyde=branda sunt, quæ & quo quidq; loco maxime oportet  
at serere. Alia enim loca adposita sunt ad fœnum,  
alia ad frumentum, alia ad iunum, alia ad oleū &c.  
Videto Columel. ubi supra. Plinius lib. 18. cap.  
18. hunc locum uocat Oraculum.

Nonne uides, croceos ut Tmolus odor.  
India mittit ebur, molles sua th. Sabæi.

A specie

# IN VIRGIL. GEORG.

A specie descendit ad genera, & peculiares certis  
locis dotes adsignat.

Virosaq; Pontus.

Putant quidam ἀμφίβολον esse, ut dubites  
uirofa ne pontus, an uirosa castorea accipias. Mihī  
magis placet, uirosa pontus, quod uenena multa frē-  
rat, hæc regio. Quod ipse testatur in Bucolicis, Eclo-  
ga nona.

Has herbas atq; hæc ponto mihi lecta uenena  
ipse dedit Mœris nascuntur plurima ponto.

Vnde homines nati durum genus.

Non sine ratione fabulam inserit, sed ut sub fig-  
mento philosophice ostendat hominē animal esse la-  
boriosum, ac ad laborem natū, & labore esse opus,  
si uitium ad necessitatem ex agro parare uoles, ut  
infra quoq; ibi, Pater ipse colendi. Haud facilem  
esse viam uoluit &c. A quo non abhorret illud in  
nostris literis, in sudore uultus tui, uesceris pane  
tuo &c. Fabulam Deucalionis narrat Ouidius lib.  
i. Metamorph.

Pingue solum primis extemplo a mensi  
bus anni.

Operæ premium uisum est uerba Plinij hoc loco  
adscribere, quod totum hunc rectissime exponunt.  
Sic igitur scribit lib. 18. cap. 19.

## ANNOT. EOBANI HES.

In arando magnopere Catonis oraculū, obseruan-  
dū est. Quid est primū: agrū bene colere. Quid se-  
cundū: bene arare. Quid tertium: stercorare. Sul-  
eo uario ne ares, tempestiuue ares, iepidioribus locis à  
bruma proscindi arua oportet. At frigidioribus ab  
æquinoctio uerno et maturius siccā regione quam hu-  
mida: maturius densa terra, quam soluta: pingui,  
quam macra. Vbi siccæ & graues æstates, terra cre-  
tosa & gracilis utrius inter Solstitiū et Autūm æqui-  
noctium aratur. Vbi leues æstus, frequentes imbræ  
pingue herbosumq; solum, ibi melius caloribus.  
Altum & graue solum, etiam hyeme moueri pla-  
cet. Tenue ualde & aridum, paulo ante sationis tem-  
pus. Sunt & hæ leges, Lutosam terram ne attinga-  
to: ui omni arato, priusquam ares, proscinduto:  
hoc utilitatem habet, quod inuerso cespite herba-  
rum radices necantur. Quidam utiq; ab æquinoctio  
uerno proscindi uolunt. Quodq; uere semel aratum  
est, à temporis argumento uernaculum uocatur. Hoc  
in nouali atq; requieto necessarium est. Nouale est,  
quæ alternis annis seritur &c. Eadem ferè & alij  
Columel. lib. 1. cap. 4. Palladius lib. 1. cap. 3.  
Alternis idem tonsas cessare nouales.

Plinius lib. 18. cap. 21. Virgilius alternis cessa-  
re arua suadet, & hoc si patiantur ruris spacia, uti  
lißimum proculdubio est &c.

VIII

IN VIRGIL. GEORG.

Vrit enim lini campum, seg. urit auenæ

Plinius in prologo lib. 19. loquens de natura lini, sic scribit, Ut sciamus fauisse pœnas, nihil gigantur facilius: ut sciamus nolente id fieri natura urit agrū, deteriorēq; ipsum facit. Columel.lib. 2. cap. 10. Lini semen, inquit, nisi magnus est etius in earegio quā colis prouentus et preciū proritat, serendū non est, agris enim præcipue noxium est. Idem ibidem cap. 14. Tremelius, inquit, obesse maxime at solo uitrus ciceris & lini: alterum, quia sit false: alterum, quia sit feruidæ nature. Quod etiam Virgilius significat dicendo, Vrit enim lini campum seges &c.

Sed tamen alternis facilis labor.

Hesiodus hæc paulo diuersius ratione opinor quam supra ex Plinio adduximus, huius herba sunt,

ἄντις καὶ μερὴν ἀρότοι καθ' ὄρη  
πέσοι μάλα απέσθων ἵνα τι πλήσωσιν ἀρδεού-  
ς· οὐδὲ πολεῖν θέρεος ἡ νεώμερη οὐ σ' ἀπαγόνος  
θειὸν λέπει φίλη της καφίζεσσιν ἀρσερανεσσο-  
Sicca equidē tellus pro tempore & humida arunda est  
Mane sed accelerat, melius quo exuberet aruum  
Vere nouo, siccum ne forte nouale per aestum  
Frustretur tua uota, sed illud orato quotannis  
Semina committens.

ANNOT. EOBANI HES.  
Nec saturare simo pingui pudeat &c.

Columel. eodem loco, quo iam diximus, statim subdit, sed oī solo quod prædictorum leguminū segetibus fathiscit, una præsens medicina est, ut stercore adiuues, & absumptas uires, hoc uelut pabulo refoueas. Inde cap. 15. genera stercoris. 16. tempora stercorandi late prosequitur.

Varro lib. 1. cap. 33. Cato cap. 36.

Palladius lib. 1. cap. 33. Plinius lib. 18. cap. 23. Eundem uideto lib. 17. cap. 9. de usu cineris & generibus simi. Vbi & hæc uerba sunt, Virgilius & l'ro segetē exuri & auena & papuere arbitratur.

Sæpe etiam steriles incendere profuit ag. Atq; leuem stipulam crepitantibus ure re flammis.

Plinius lib. 18. cap. 29. Sarmenta, inquit, aut palearum aceruos et euulsas herbas fruticesq; per uinas camposq; cum tinebis (intellige sterilitatis in commoda) incendito, simus medebitur.

Et capite sequenti. Sunt qui accendant in aruo & stipulas magno Virgilij præconio. Summa autem ratio, ut herbarum semen exurant.

Hunc locum Macrobius lib. Satur. 5. cap. 1. adducens ex quatuor dicendi generibus mixtū esse, sit, Ecce, inquit, dicendi genus, quod nusquam alibi

# IN VIRGIL. GEORG.

alibi deprehendes, in quo nec præceps breuitas,  
nec infinita copia, nec ieiuna siccitas, nec letitia  
pinguis &c.

Et qui proscisso quæ suscitat æquore ter.  
Rursus in obliquum uerso prorū aratro.

Quoniam agrum, quæ sementi bene compara-  
tum uolunt, quater arant agricolæ, proscindunt,  
iterant, tertiantur, lirant, quod fit tacto iam semi-  
ne. Sulcis enim tunc minuunt percas, & sulcos per  
transuersum ducunt, quo uocant elices, per quos  
aqua defluat ex agro in fossas, ad hoc ipsum factas,  
quas uocant Colliquias.

Humida solstitia, atq; hyemes opt. ser.  
Agricolæ, hyberno lætissima puluere f.  
Lætus ager, nullo tantū se Moesia cultu  
lactat, & ipsa suas miratur Gargara mes.

Hunc locum satis, ut opinor, exponit Macrobius  
in Saturn. libro 6. cap. 20. post multa igitur sic  
sit. Est igitur sensus horum uersuum talis, Cum ea  
sit anni temperies, ut hyems serena sit, solstitium ue-  
ro hymbricum, fructus optime proueniunt. Hæc autem  
agris adeo necessaria sunt, ut sine his nec illi natura  
fœcundissimi Moesiae agri responsuri sint opinionis  
fertilitatis, que de his habetur &c.

ANNOT. EOBANI HES.

Quid qui, ne grauidis procum.cul. arist.  
Luxuriē segetū tenera depascit in herb.

Plinius lib. 18. cap. 21. Sunt genera, inquit,  
terrarum, quarum ubertas pectinari segetem in  
herba cogat. Cratis & hoc genus dentatis stilis fer-  
reis. Eadem nihilominus & depascuntur, quae de-  
paſta ſunt ſarculo, iterum excitari neceſſarium &c.  
Strymoniaeque grues, & amaris intyba f.  
Officiūt, aut umbra nocet.

Vt alijs frugum pestes omittam à Plinio, Colu-  
mella, & alijs ſatis indicatas, de umbra ipſe ſic ait  
in Bucolico ludicro, Nocent & frugibus umbra.  
Et paulo post, Et ruris opaci falce premes umbras.

Pater ipſe colendi

Haud facilem eſſe uitiam uoluit &c.

Hunc locum ex primo libro Hefiodi deſumptum  
latius expreſſit. Sic enim ille Græcus

κρύπταντες θέρευχοι θεοί βίον αὐθεώδαιος  
γηιδίωσ γάρ κεν καὶ εἴ τιμα πέργασσοιο  
ώσε στέκεταισ ἐνιαυδενέχειν καὶ αὔργον ἔοντας  
αὐτάκε πηδέλιον μὴν τοῦτον καὶ πιον καὶ ταθεῖο  
ἔργα βοῶντας ἀδόλοις τοκοὺς ἡμίονους ταλαῖς  
γένους

ἀντὶ τοῦτον ἐκρυπτεῖον χολωσάμενος φέσιν ἕστη  
οἱ πμιν οὐδὲ πάτησε προμηνεῖσαγκυλομήτης

T.

IN VIRGIL. GEORG.

Τ' οὐνεκ' ἄρ' αὐθορώσαι τὸν Εὐάγγελον καὶ τὰ κόστα λα  
γρά

Κρυπτή Λέπτη Τρίτη.

Occulere Dei uictum mortalibus ægris  
Cum posset præstare dicti opus unius olim  
Quantum uel totum posset satis esse per annum  
Ocia seruanti, tum sumo adhibere quietum  
Temonem poteras, nec quicquam armenta laborum  
Exercebat, et immunit sensere quietem  
At pater iratus uersuti fraude Promethei  
Deceptus, subito eripuit mortalibus istuc  
Tanta bona, et curas tristes inanisit, et ignem  
Occuluit.

Verum hæc idem Poëta paulopost in descriptio  
ne aurei seculi copiosius prosequitur, ut et hic no  
ster. Sed et pulcherrime Ouidius i. Metamorph.  
Labor omnia uincit

Improbis, & duris urgens in reb. egest.

Iterum ostendit labore opus esse, si uita necessa  
ria consequi uelimus, nec enim ociosis et ignauis hie  
insecedi euenire, cum permulti alij, tum præci  
pue Hesiodus testatur, qui ignauum uirum fucis spi  
culo carentibus comparat, his uerbis.

Τοῦ Λέπτου νεύεσσον Καὶ ἀνέρεσ, ὅσκεν ἀδρυός  
Ζώη καφάντες καθούρεις ἵκελθε δρυὶν

ANNOT. EOBANIHEs.

Oderunt super iigna uos et semper inertes  
Nam similes fucis sunt, qui sua spicula condunt.

Idem ait, sine labore ad uirtutem peruenire non  
posse: quem locum, quia multis rationibus, utilis  
etiam studiosis est, haud grauatus sum adscribere.  
Est uero in primo τῶν ἐργῶν καὶ ἡμερῶν.

Τὸς Λέαρτος ἴσποτας θροὶ προπάροιθη  
ἔθνος  
ἀδύνατοι, μακρὸς λὲ καὶ ὕρθιος οἴμος ἔσται  
ἀυτῆν.

καὶ τὴν τοπογραφίαν. ἐπίν. Λέαρτος ἀκρουτίκην  
ἐκτίσιν δὲ καὶ περιταπέλαι χελευθή περιέχει.

Difficilis labor est uirtutem attingere, Dumi  
Ulli ante thronum duros posuere labores  
Aspera ad hanc et longa uia est que dicit, ut autem  
Ardua contigeris facilis fit que ante riebat.

Hanc sententiam nos olim in Heroidibus nostris  
παραγραψικῶς expressimus, ubi filium Ethniciū,  
mater Christiana sic admonet.

Vadis ad interitum uita reuocante, nec audis  
Clamantes, quam nunc pergis iniqua uia est  
Floribus illa quidem uarijs per amena uidetur

In quibus Aleides forsitan ire uoleat  
At cito que spondet negat interiore recessu  
Prima rosam spirat summa Memphis olet  
Accipit

# IN VIRGIL. GEORG.

Accipit incautos specie bonitatis, ut autem  
Cœperit, in scrupulos præcipitanter agit  
Quam bene per scopulos & saxa uirentia primum  
Itur ad æternis cincta uireta rosis  
Arcta est ad superos paucis ita trita, sed ampla est  
Quæ fert ad Stygos millia multa lacus  
Ulla rufis deserta, arenis, super ardua dicit  
Hæc spacioſa uirens inferiora petat  
Quas ferus Oechaliæ raptor cum uidit loles  
Arentem uiridi præposuisse ferunt.

Hic enim ad fabulâ Herculis Prodigii allusimus,  
cuius meminit Cicero Officiorum lib. 2.

Illud superius Hesiodum Erasmus ita uertit, ad  
iectis præcedentibus duobus uersibus.  
Omnino uicum facile est contingere cuius  
Est uia ad id breuis & uicina in sede moratur  
Contra uirtutem sudoribus undiq; Diu  
Præsepsere & longus ad hanc perq; ardua callis  
Asper & est primum, sed ubi alta cacumina uictor  
Contigeris, iam fit facilis licet ardua dudum.

Sed quoniam studiosis quoq; non inutilem fore  
hunc locum arbitratus sum, non granabor adscribe  
re quod alibi ait idem.

Αλλ' οὐ περιμείσιται μηδέ δέ τοι ἐστιν  
μήλα αὐθαλεός ἐστ' αὐθιον, ἐστ' ἔων φίν  
οὐ γάρ ἐποτεργόσ αὐτῷ τίμωλοι καλιππ

ΑΝΝΟΤ. ΒΟΒΑΝΙΗΣ.

οὐδὲ αὐταῖς οὐδένιος μελέτη δὲ τοι ἐργάζεται  
οὐφέλει

αὐτοὶ δὲ ἀμεσολιόργυδος αὐτὸς ἀτακτον παλαιός.  
*Quod est.*

Craftina ne spectes faciendis commoda rebus  
Tempora, nec serae suspende opera illa diei  
Nam domus ignavi uacua est, & semper egebit  
Quin magis assiduo crescit res aucta labore  
Nam mala paupertas adfligit semper inertem.  
Falce premes umbras.

*Quia supra dixit, Aut umbra nocet.*

Dicendū & quæ sint duris agrest. arma.  
De uniuerso instrumentorum fundi apparatu,  
quæ hic Poëta arma uocat agrestium, uideto Varro  
nem lib. 1. cap. 22. Palladium lib. 1. cap. 42. Sunt  
autem hæc, quæ à Poëta enumerantur, nota satis  
omnibus instrumenta.

Huic & stirpe pedes temo protet. in octo.

Hesiodus operum & dierum lib. 2.

ἀξοναθεὶς πατῶντις μάλα γύντοι ἀρμόνιος  
οὔτοι.

ἴδε κεν ὁκτεωδην ἀπὸ καὶ σφύραν κε τάμοιο  
Temonem lege septipedem, sic nempe quadrabit  
Octipes ut fuerit, tibi malleus inde paretur.

Et totum hunc locum latius quidem, sed ut solet  
paulo

## IN VIRGIL. GEORG.

paulo ab hoc diuersius prosequitur ibidē Poëta Græcus, quem, quia notus est, & passim obuius, non est iustum, ut quasi transcriberem.

Omnia quæ multo ante memor pr. rep.

Et hoc ex Hesiodo sumptum.

Τῦμος ἄρ' οὐ λοτρεῖν μεμνήμενος ωρῶν ἐργῶν  
Tunc incide memor, quæ sint opera apta futuri  
Temporis &c.

Area cū primis ingenti æquanda Cylin.

Plinius lib. 18. cap. 29. scribit circa initium  
Autumnī sub fidiculae occasum inter alia opera rustica  
id quoq; esse. Aream ad messem creta preparare  
Catonis sententia, amurca temperata. Virgilius ope  
rosius. Maiore ex parte æquant tantum, & fino bu  
bulo dilutiore illinunt.

Idem libro 15. cap. 8. Super omnia, inquit, ce  
lebrauit amurcam laudibus Cato. Dolta olearia ca  
dosq; illa imbuī, ne bibant oleum, amurca subigā  
areas terendis mesib; ut formicæ rimæq; absint.

Palladius lib. 1. cap. 35. copiosius qua ratione  
facienda sit area, docet.

Columel. lib. 2. cap. 20. perfodiendam aream  
permixtis amurca paleis scribit, eamq; rem à popu  
latione murum formicarumq; defendere frumentū,  
cum æquandam paniculis, aut molari lapide. Idem

ANNOT. EOBANI HES.

lib. 1. cap. 5. de loco areæ. Varro item lib. 1.  
cap. 5. copiose, qualem oporteat esse aream, do-  
cet. Cato cap. 129. eadem docet. Verum hos mo-  
dos faciendi areas cum sit alia nostris temporibus  
talium omnium rerum ratio, usus inuertit, præfer-  
tim in Germania & septentrione toto.

Hesiodus lib. 2.

Διηῶσι Δ' ἐποδύειν δημήτερος ἵέρον ἀκτήν  
Δινέμειν έντ' ἀν πρώται φανῆ θίνος ωρίων  
χώρῳ ἐν διαέτην έντοχάλῳ έν ἀλασῃ

Ensifer Orion ubi primos extulit ortus  
Tum sacram Cereris uim latis confert ab agris  
Et uersare iube, plena tum frangat aristas  
Area uersato iamdudum æquato Cylindro.

Cótemplator itē cū se nux plurima &c.

Per nucem hic Seruus intelligentiam, nucem  
Amygdalam, que & nux Græca dicitur, & Tha-  
sia, ut author est Macrobius Saturn. lib. 3 cap. 18.  
Ponit aut futuæ, & sterilitatis & fertilitatis signa.  
Semina uidi equidem multos med. serē.

Plin. lib. 18. cap. 17. uino semine perfusa, minus agro  
pare exsistunt, Virgilius nuro & amurca perfundi  
iubet.

IN VIRGIL. GEORG.

iubet, fabam sic etiā grandescere promittit. Hęc ille  
Vbi animaduertendum existimo, quod Virgilius  
Grandior ut foetus siliquis fallacibus esset. Id uide  
ri Plinium de faba existimare dictum esse. Plures  
rationes medicandorum seminum ponit Columella  
libro secundo capite nono.

Palladius lib. 2. cap. 35.

Vidi lecta diu & multo spectanda labore

Columella lib. 2. cap. 9. sic scribit, dubium  
non est, ex robusto semine posse fieri, non robu-  
stum. Quod uero protinus exile natum sit, nunquam  
robur accipere manifestum est. Ideo Virgilius cum  
alio, tum et hoc de seminibus preclare sic dis-  
cernit. Vidi lecta diu &c.

Idem praeceptum libro quarto, ad totam agrico-  
lationis rationem pertinere dicit, et non tantum ad  
semina leguminum.

Atq; illū in praeceps prono rapit al. am.

Quorsum Gellius hunc locum citet, uide ipsius  
cap. 29. lib. 10.

Præterea tam sunt Arguri sydera nobis,  
Hoedorumq; dies seruādi, & lucid. ang.

Citat hos uersus Columella libro 12. cap. 1. ad  
deinde subdu hęc uerba. Cōtra quam obseruationē

ANNOT. EOBANI HES.

multis argumentis me differuisse non inficior in his  
libris, quos contra Astrologos composueram. Sed  
illis disputationibus exigebatur, id quod improbis  
me Chaldaei pollicentur, ut certis quasi terminis,  
ita statis diebus aeris mutationes respondeat. In hac  
autem ruris disciplina non consideratur eiusmodi  
scrupulositas. Sed quod dictum pingui Minerua quam  
tumuis utile continget utilico futurae tempestatis pre  
sagium, si persuasum habuerit, modo ante, modo  
post. Interdum etiam statio die occidentis vel orientis  
competere vim syderis. Nam satis prouidus erit,  
cui licebat ante multos dies cauere suspecta tempora.  
Et Plinius lib. 18. cap. 24. Hunc locum Virgilianum  
citans. Spes ardua, inquit, & immensa misceri posse  
celestem diuitiatem imperiuæ. Sed contemplan-  
dis tamen grandi uite emolumento. Eodem lib. cap.  
27. suadet Plintus, ne utiq; stellas aspiciant agricola-  
re, sed earum potius ortus & occasus in quibusdam  
herbis, ac alijs signis obseruent. Arcturus uero stel-  
la in signo Boote est, quidam ipsum Bootem esse di-  
cunt, huius ortus & occasus magnas tempestates  
mouent. Hœdi sunt in brachio, uel secundum alios  
in sinistra manu aurigæ, qui capram Amaltheam por-  
tat in humeris, Ouid. 5. Fastorum. Per Anguem  
uero hic Austrinus anguis intelligitur, in quo sunt  
Crater & Coruus, quam fabulam narrat Ouidius  
5. Fastorum

IN VIRGIL. GEORG.

2. Fastorum. Nam & aliae due angues, in cœlo  
sunt, de quibus nihil hic attinet dicere.

Libra die, somniq; pares ubi fec. horas.

Aequinoctium Autumnale dicit, quod fit sole in  
grediente primam partem libræ, quod facit nostro  
tempore Idibus Septembribus. Quidam grammatici  
dixerunt Apocopen esse in dictione, die, ut abiecto i  
die pro diei dictum uideretur, quos Seruius arguens  
ait regularem esse Genituum. Cum aliqui casus sin  
gularis numeri, debeant esse maiores Nominati  
uo plurali. Verum id hodie non obseruatur, tam  
in hoc quam in alijs quibusdam nominibus. Verum  
Gellius alter qui Idiographū Virgilij codicem citat  
dies non die legi, in eodem adseuerat. Quem ui  
deto lib. 9. cap. 14. Locus Poëtæ indicat serendo  
rum leguminum tempus.

Candidus auratis aperit cum cor. annū.

Macrobius super somnium Scipionis lib. 1. cap.  
18. locum hunc explicans. Non uult, inquit, taurō  
orientē cū sole mox in occasum ferri Canem, qui pro  
ximus taurō est, sed occidere eum dixit taurō gestan  
te solem, quia tunc incipit non uideri sole uicino.

At si triticeam in messim robustaq; far.

Columella lib. 2. cap. 8. Placet, inquit, nostro  
Poëtæ Adorem atq; etiam triticum non ante semi-

A N N O T . E O B A N I H E S .

seminare, quam occiderint Vergiliæ, quod ipsum numeris sic edixerit.

At si triticam in messem robustâq; farra &c.

Absconduntur autem circa Calend. Octobres. Plinius lib. 18. cap. 29. Vergiliæ, inquit, priuatum attinent ad fructus, ut quarum exortu æstas incipiat, occasu hyems semestri spacio intra se messem uidebitur, & omnium maturitatem complexe.

Hesiodus unum tantum serendi tempus ad Vergilarum occasum obseruat ὥληαστρον ἀτλαγένεων &c. Vide ibi Vere nouo. Plinius libro 18. cap. 23. Virgilius inquit, triticum & far, ad Vergilarum occasum scriubet, hordeum inter equinoctium Autumni & brumam. Vittam uero fasces & lenteBoote occidente

Quinq; tenent cœlū Zonæ, quarū una c. Semper sole rubēs, & torrida sem. ab ig. Quam circum extremæ &c.

Macrobius de somnio Scip. lib. 2. cap. 8. hunc Poëta locum exponens. Queramus, inquit, quid sit quod ait Virgilium, quem nullius unquam disciplina error inuoluit Due mortalibus ægris Munere concessæ diuīum & via secta per ambas Obliquusqua se signorum uerteret ordo.

Videtur enim hoc dicere Zodiacum per temperatas diuīum

# IN VIRGIL. GEORG.

tas ductum, & solis cursum per eas ferri, quod nec  
opinari fas est, quia ne curum tropicum solis cursus  
excedit. Inde subdit expositiones tres, quibus poëtæ  
locus à calunnia defenditur. Quarum prima est,  
in ea parte perustæ Zonæ, quæ uicina temperatæ  
est, habitatores esse. Secunda poëtica forte licentia  
per ambas dixisse: pro, sub ambas. Tertia, per am-  
bas, pro inter ambas dixisse Poëtam, quem constet  
erroris ignarum. Seruus scribit Metrodorum Phi-  
losophum uix quinq; libris hunc locum explicasse.  
Has quinq; Zonas eodem modo quo hic, describit  
& Ouidius libro Metamorph. primo.  
Hic uertex nobis semper sublimis &c.

Macrobius de Som. lib. I. cap. 15. catissam ad-  
signans, cur quædam stellæ à nobis non uideantur.  
Locus, inquit, nostræ habitationis ita positus est,  
ut quædam stellæ ex ipso nunquam possint uideri, pars  
enim hæc terræ, que incolitur ab uniuersis homini-  
bus, quā nos iniucē scire nō possumus, ad Septentrion-  
alem uerticē surgit, & Spheralis cōueritas, Australē  
nobis uerticem in ima demergit. Cū uero semper cir-  
ca terrā ab ortu in occasum cœli sphæra seratur, uer-  
tex hic qui septentriones habet, quoquo uersum munda  
na uolubilitate uertatur, quoniam supra nos est, semi-  
per à nobis uidetur, ac semper ostendit Arctos Oceanis  
metuentes & quore tingit. Australis cōtra quasi semel

A N N O T . E O B A N I H E S .

nobis pro habitatiois nostrae positione demersus, nec ipse nobis uidetur, nec sydera sua, quibus & ipse si ne dubio insignitur, ostendit, & hoc est quod Poëta naturæ ipsius conscius dixit.

Hic uertex nobis semper sublimis &c.

Illic ut perhibent aut intempesta &c.

Poëtica & extas Antipodas significat, id est, homines aduersa nobis urgentes uestigia. Qui an sint fuit etiam, ut ait Plinius ingens quandoq[ue] literarum pugna. Quia in re notus est Lactantiani Firmiani error, qui esse negat, cum esse eos certaratio persuadeat, uideto Plinium & Macrobiū.

Frigidus agricolæ si quādo cōtinet imb.

Macrobius. Saturn. 6. cap. 8. Virgilius, inquit, ista duo uerba maturare & properare, tanquam plenè contraria scitissime separauit his uersibus  
Frigidus agricolam si quādo cōtinet hymber  
Multa forent quæ mox ccelo properanda sereno  
Maturare datur.

Bene & eleganter duo ista uerba diuisit. Namq[ue] in præparatu rei rusticæ per tempestates & pluuias quoniam & necessitate ocium est, maturari potest: per serenas uero, quoniam tempus instat properari necesse est.

Et quando infidum remis impel. mar.  
Hesiodus

# IN VIRGIL. GEORG.

Hesiodus quinquaginta diebus ab æstiuo solsticio  
opportunam esse navigationem, scribit his uerbis.

Ἐματα πεντάκουτα μετὰ ξωτὸς ἐλίοιο  
ἔς τέλος ἐλθόυρος θέρεος καματώστος ψῆφος  
ώρων τελεται θυκτοῖς τύλοος οὐτε. Id est.

Quinquaginta actis post æstivale diebus  
Solsticium, cum iam torrens describit æstas  
Tunc opportunum remis impellere marmor

Quippe etiā festis quædā exercere diebus  
Fas & iura sinunt.

Columel. lib. 2. cap. 22. locum hunc citat ac  
addit. Quanquam Pontifices negent segetem ferijs  
sepiri debere, uerant quoq; lanarum cauſa lauari  
oues, nisi propter medicinam. Virgilius, quod liceat  
ferijs flumine ablucere gregem, præcepit, & idcirco  
fluum mersare salubri, id est, salutari. Sunt enim  
uicia, quorum cauſa pecus utile sit lauare: ferijs au-  
tem ritus maiorum etiam illa permittit, far pincere  
fasces incidere, candelas seruare, uineam condu-  
ctam colere, piscinas, lacus, fossas ueteres terge-  
re & purgare, prata scilicet, stercora æquare, fœ-  
num in tabulata componere, fructus oliuett con-  
ductos cogere, mala, pyra, ficus pendere, caseum  
facere &c. Macrobius. Satur. 2. cap. 16. de obser-  
natione feriarum apud ueteres loquens, inter multa

ANNOT. EOBANI HES.

ta alia sic quoq;. Vnde & Maro, inquit, omnium disciplinarum peritus, sciens lauari ouem, aut lane purgandæ, aut scabiei curande gratia, pronunciauit tunc ouem per ferias licere mersari, si hoc reme dij caufsa fieret. Balantumq; gregem fluuiio mersare salubri. Adiicioendo enim salubri, ostendit auerten- di morbi gratia tantummodo, non etiam ob lucrum purgande lane caufsa fieri concessum.

Segeti pratendere sepem.

De sepibus faciendis & iuua sepe Var.lib. 1. cap. 14. & 15. Pallad. præcipue quaratione iuua sepes facienda sit lib. 1. cap. 34.

Ipsa dies alios alio dedit ordine luna.

Plinius lib. 18. cap. 32. Virgilius, inquit, etiā in numeros Lunæ digerenda quædam putauit, De- mocriti secutus ostentationem. Omnia que cedun- tur, carpuntur, tondentur innocentius deacrecentie Luna, quam crescente fiunt &c.

Quintam fugæ pallidus orcus &c.

Ab Hesiodo sumptum est, qui in prolixa de ob- seruatione dierum mentione, sic quoq; scribit -

τῷ μῆτρᾳ τὸν θεολέαθον. ἐπεὶ γλεωάτε  
καὶ αὐγαῖ,

ἐν τῷ μῆτρᾳ τὸ φάσιν ἐριννύας ἀμφιττάλευτην  
ὅρκου τινανυμείας τὴν ἔναστέκε τῷ μὲν ἐπιόρ-

KOIS.

IN VIRGIL. GEORG.

Quinta dies fugienda molesta est , namq; grauisq;

Tunc ulciscentes furiae lustrare feruntur

Quæ mala securam turbant periuria pacem .

Varro autem lib . 1 . cap . 37 . pulchre de obser-  
nationibus dierum Lunarum scribit .

Septima post decimam .

Super hoc loco vide , si libet lector , qualia addu-  
cat Cælius , optimorum authorum fucus , adnotatio-  
num suarum , lib . 11 . cap . 3 . Quæ , quoniam ab  
ipso plurimis sunt uerbis adducta uel producta po-  
tius , mihi non fuit necesse ea subscribere , alioqui nō  
ignaro multo longiorem haberi posse de huiuscemo-  
di rebus disputationem , quamque adnotationibus  
conueniat .

Et lauri baccas .

Sic distinguit , ut Glandes dicamus in quercu , illi  
ce aesculo , robore fago &c.

Nuces , quarum cortices duriores sunt , ut in iu-  
glande , Amygdalo , Corylo . Sed & castaneas alii  
bi uocat .

Baccas in olea , lauro , corno &c.

Acinos in qua , ebulo , sambuco , malopunico &c.

Poma mala , pyra , pruna , cerasa &c.

Nudus ara , sere nudus , hyems ig . col .

Hesiodus in operis & diebus lib . 2 .

ANNOT. EOBANI. HES.

ἄρες τι πεδίον πέλετη γόμος οἵτε θυλάσσαι  
ἔγγυθι ναε πάσσος' οἵτ' ἀγκεας οὐασκένται  
πόντου καμάνοντες ἀπόπεοι πίονα χῶρον  
βαίσοι· γυμνὸν απέιρεν, γυμνὸν δὲ βοστεῖρ  
γυμνὸν δὲ ἀμᾶθει χώρα πάντ' ἐθέλησε  
ἐρπακομίζεσθαι θητήτερος· τοι.  
Quod est.  
Agricola lex est siue is prope littora ponti:  
Seu longe inde habitat, pinguesue in uallibus. imis  
Seruet agros, ut nudus aret, proscissaque; nudus  
Conserat, et nudus flauentia demetat arua  
Tempore si perfecta suo uelit omnia, que sunt  
Humano generi Cereris data munera magnae  
Inuitat genialis hyems

Geniale uocat hyemem, quod id temporis ma-  
xime indulgere soleamus Genio, hoc est, animo ob-  
sequi, et naturae tribuere quod adpetit, quia Deus  
geniturae, hoc est, naturae hominis sit Genius. Cū  
sit uero natura hominis in uoluptates semper prona,  
fit, ut Genio indulgere dicamur, dum uoluptati-  
bus obsequimur. Id fit commodiſſime, dum uaca-  
mus laboribus, et ociosi sumus, quod maxime fit  
hyeme. Persius Sat. 5. Indulge Genio carpamus  
dul. et c. Prætereo multa que apud Poëtas huius  
modi sunt. Nam et hoc præter institutum nostrum  
agimus.

Sæpe

# IN VIRGIL. GEORG.

Sæpe ego cū flauis messorē ind. ar. &c.

Ectasis poetica est, qualatius euagatur, & tempestates, quæ uel uere uel autumno possunt accidere, pulcherrimis imaginibus exprimens, ostendit, diligenter bono agricola esse prouidendas &c.

Pli. lib. is. cap. ult. præfigia tempestatum placuisse magnopere Virgilio video. Siquidem in ipsam messem sepe concurrere prælia uentorum damnosa imperitis refert.

In primis uenerare Deos, atq; an. mag.

Sacra refer Cereri &c.

Hesiodus in operis & diebus lib. ii.

Ἐν χωραὶ τε διηκονίῳ δημήτερίσθαγνον  
ἔκτελέας εἰσενθάπτερος ἐρὸν ὀκτών. Id est.  
Vota refer Diti, & Cereri, sua munera castæ  
Illiū effigiem præ messis frugibus ornā.

Cui tu lacte fauos & miti dilue Baccho.

Macrobius Sat. li. 3. cap. ii. de hoc loco sic ait,  
Poëta æque in rebus doctrinæ, & in uerbis sectator  
elegatiæ sciens Cereri mulso libari, adiecit, muti Bac-  
cho fauos dilue, scilicet mitescere unum, dicens, cū  
mulsum cooperit fieri. Notum autem esse non diffite  
bere, quod ad 12. Kalendas Ianuarij Herculi & Cere-  
ri faciunt sue prægnante panibus, mulso.

Terq; nouas circū felix eat hostia fruges



ANNOT. EOBANI HES.

Ambaruale sacrificium dicit, quod fiebat Porcæ de quo Macrobius. Quem locum in bucolicis expli- cauimus ecloga 5. Ibi, Et cum solennia uota Redde- mus Nymphis, & cum lustrabimus agros.

Ipse pater statuit quid menst. luna mon.  
Quo signo caderent Auftri &c.

Tempestatum præfigia, quæ à sole, quæq; à Lu-  
na, quæq; à stellis, ac alijs rerum inferiorum signis  
sumuntur, plenissime describit Plinius lib. 18. capit.  
ultimo. Horum uero plurima pars ex Arato sum-  
pta est.

Dilecta Thetidi Halcyones.

Theocr. ἐν θαλασσοῖς  
ἀλκύονες τὰ λακάσ νηρίσ τῷ τέ μάλιστ  
δργίθων ἐφίλασσεν &c.

Dilecta Halcyones nymphis Thetidiq; marine.

Præ reliquis &c.

Haud equidē credo quia sit diuinit. illis.  
Ingeniū, aut rerū fato prudentia miror.

Ex naturæ arcanis deprompta questio, quam tan-  
men ipse ut oīs naturæ consuliissimus mira facilitate  
dissoluit. Dicit enim nō sentire ratione aliqua futura-  
rū tempestatum imutationes bruta, sed secundū acris  
qualitates moueri, & aiorum habitus, & cū homo ra-  
tione posset hos anumorum motus moderari, bruta so-

la na

IN VIRGIL. GEORG.

lo naturæ instinctu, uel lœta esse, uel tristia. Tametsi apud Medicos & naturæ rerum consultos in confesso quoq; sit, ut animorū motus aeris qualitatem, ita corpora quoq; animorum affectiones sequi. Nam ut Hippocrates ait, quibusdam sēpe corpus dolere parte aliqua, nec dolorem sentiri, his mentem ægrotari. Sic animo tranquillo non potest nō corpus quoq; alacrius & uegetius esse: & econtra, sēpē numero ex animi ægritudine corpus quoq; adficiuntur. Plus tametsi animi motū corpus sequitur, quam corporis animus. Quod nō medici solum, uerū et Platonici docent, et nos in libello de conseruanda bona ualeutudine expressimus ijs uerbis.

Anxia mens non ipsa sibi non rebus agendis

Constat ab hac uicium corpora sēpe trahunt

Hinc uarie pestes morborum, hinc mille figure

Crede animum nostri corporis esse Ducem

Sēpe graues ista ueniunt ex arce labores

Sicut ab aerijs pestilis aura plagis &c.

Verū hæc nō nihil extra rem. De præagijs præterea

animaliū Plin. lib. 8. cap. 28. Milia præterea, inquit,

ut pote cum pluribus animalibus eadem natura re-

rum, cœli quoq; obseruatione & uentorum et imbre-

um tempestatum præsgaia, alijs alia dederit, quod

persequi immensum est & que scilicet, quam reliqua

cum singulis hominum societatem.

ANNO T EOBANI HES.

Sin ortu quarto &c.

Quartam Lunam maxime obseruat Aegyptius,  
si splendens exorta puro nitore fulserit serenitatem,  
si rubicunda uentos, si nigra, pluuias portendere cre-  
ditur. Pli. li. 28. cap. ult. Sed notandum Aratum  
maxime tertiam obseruandam docere.

Solem certissima signa sequentur.

Arati est. Ille enim in Phænomenis sic  
πελίω καὶ μᾶλλον ἔικοται σάμαται κεῖται.

Quid uesper serus uehat.

His uerbis librum Varronis ex Satyris Menippe  
is fuisse inscriptum, testatur Aul. Gellius noctiū Atti  
carum libro 13. cap. 11.

Ille etiā extinto miseratus Cæsare Ro.

Totum hunc finem adulationi tribuit, nam per  
digressionem de morte Iulij Cæsar is queritur, quod  
in gratiam Augusti facere dubium non est, cum e  
st ut Deum in exordio operis inuocarit, et ipsius etiā  
laudes in Epilogo ponat. Misceret uero portenta et  
prodigia, alias sepe et diuersis temporibus facta, ac  
omnia uel imperfecto iam Cæsare, uel imminentे eius  
morte accidisse scribit. Que oīa quoniā in historiale  
guntur, et nota res est etiam uulgo literatorum Ty  
rannis, et ob eam interitus Cæsar is, nihil uisum est  
hic adnotare amplius, ne semel propositum non scri  
bendi

IN VIRGIL. GEORG.

bendi commentarios consilium transgressus, aut immutasse uidetur. Ad reliquos deinceps libros uenimus.

IN SECVN

DVM LIBRVM GEORG.

gicorum Virgilij, Adnotationes.

Hactenus aruoru cultus & sydera coeli  
Nunc te Bacche canam.

I nterfatione utitur uelut in parte narrationis, ostendit enim, quibus de rebus dictū iam sit, tum propositionem ( quae illius superioris generalis erat secunda pars ) subiicit, qua ostendit, quibus de rebus hoc libro sit dicturus, postremo inuocat, sed hæc ne admonitione quidem egent.

Principio arborib. uaria est natura creā.  
Namq; aliæ nullis hoīni cogentib. ipsæ Sponte sua ueniunt.

Quia dixit in propositione, nunc te Bacche canā necnō sylvestria tecū Virgulta &c. Et quia arborum uirgulorumq; cura, uel maxima pars est rei rustice, quemadmodum scribit Columella, ideo non intempeſtiva narratione transit ad disciplinam plantandarū ac inferendarum arborum, de quarum cura antea q;

plura dicantur, opere preciū erat uidere prius distinctionem quādam arborum, eamq; duplicem, uel sponte nascentiū, uel humana cura prouentientum. Quā & Colum. secutus li. 3. ca. 1. scribit. Placet igitur scuti Virgilio nobis quoq; duo genera esse surculorū, quorū alterum sua sponte gignitur. Alterū cura mortalium procedit. Illud quod nō ope humana prouenit, materiæ est magis aptū. Hoc cui labor adhibetur, id neu fructibus, atq; id ipsum genus tripartito diuiditur. Nā ex surculo uel arbor procedit, ut olea, ficus: uel fructex, ut rosæ, harundines: uel tertium quiddam, quod neq; fruticem, neq; arborē propriæ dixerim, scuti est uitis. Hæc ille. Sed hic notandum præter opinionem Columellæ uideri Virgilii facere triplicem distinctionem arborum nascentium, quam ille facit duplex. Nā & sponte prouenire quasdam, & cura humana uel seminibus, & ex radicibus pullulare dicit. Hoc enim tertium genus addit cū dicit.

Pullulat ab radice aliis densiss. sylvis.

Quam distinctionem etiam Seruius approbat, et Pli. li. 15. cap. 33. Arbores, inquit, quas naturæ debemus, tribus modis nascuntur, sponte, aut semine, aut radice. De his igitur modis, quasi in genere latius nonnihil præfatur Poeta, qui dicit, Quare agite o proprios ge. discite cultus &c.

Non

IN VIR GIL. GEORG.

Non ego cuncta meis amp. uersib. opto  
Nō mihi si linguae centū sint, oraq; cen.  
Ferrea uox &c.

Extenuat possibilitatem uirium suarum im descri-  
bendis omnibus, quae ad propositā rationem poſſint  
pertinere. Nam hoc immensi laboris, & ſibi aut im-  
poſſibile eſſe. Locus autem Homericus eſt, quo & ali-  
bi in 6. Aeneid. uetus eſt Homerus li. Iliad. 3. ſic alt.  
δυλ' ἐι μοι δίκα μὴν τλωτα δίκα δὲ σόματ<sup>τ</sup>  
ειεν

Φωνὴ δὲ ἀρρυκτοσ χάλκεον δέ μοι ἡ τορ ἐνείν  
Non mihi ſi linguaeq; decem ſint ora decemq;  
Vox infracta meo ſint ænea robora cordi

Seruius ait à Lucretio ſumptum, qui & ipſe ab  
Homero idem ſumpſit &c.

Sponte ſua quæ ſe tollunt in lum. auras.

Prima pars diſtinctionis eſt, qua natura arborum  
ſponte naſcentium proſequitur, & has quoq; poſſe  
inſeri, & in aliam mutari naturam, ſi diligenter co-  
lantur.

Nec nō & ſterilis quæ ſtirp. exit ab imis.

Quod ſupra tertium genus fecit, hic ſecundo loco  
exequitur. De hoc genere ſic ad uerbum Pli. li. 17.  
cap. 10. Natura & plantaria demonſtrauit multa-  
rum radicibus pullulante ſobole densa, & pariente  
matre quas enecet.

ANNOT. EOBANI HESE

Eius quippe umbra turba indigesta premitur, ut  
in Lauris, punicis, platanis, cerasis, prunis, pauco-  
rum in hoc genere rami parcunt soboli, ut ulmorum  
palmarumq;. Nullis uero tales pulli proueniunt, nisi  
quarū radices amore solis atq; imbris in summa tel-  
lure spaciantur. Omnia ea nō statim moris est in sua  
locari, sed prius nutrici dari, atq; in seminarijs adole-  
scere, iteramq; migrare, qui transitus mirum in mo-  
dum mitigat etiam sylvestres &c. Et hoc paulo an-  
te Poeta dixit. Exuerint sylvestrem animum, tam de  
illis quam de his intelligendum.

Pomaq; degenerat succos oblita priores.

Theophrastus de naturis plantarum li. ii. qui  
bus quoq; rationibus plantæ degenerent, ut pyrus in  
pyastrum, dulces mali in acidas, ac alias in alias do-  
cet, quo uerius esse fructus quoq; naturam arborum  
sequi.

Iam quæ seminib. iactis se sustulit arbos.

De hoc tertio genere uideto Pl. copiosius diffe-  
rentem loco, quem paulo ante citauimus &c. Omnia  
hec, inquit, tarda prouentu, ac degenerantia, & in  
situ restituenda, hoc enim dicit Poeta.

Tarda uenit feris factura Nepotibus umbram.

Inseritur uero ex foetu nucis arbutus &c.

Docet quæ quibus arboribus possint inscri, ut ar-  
buto nux, platano malus.

Quod.

# IN VIRGIL. GEORG.

Quod uero dicit Castaneæ fagos, uix uidetur acci-  
pi posse in Castanæam fagos inseri, sed ita distinguit  
Seruus. In secundæ arbores platani fortes ramos ca-  
staneæ portauerunt (nam ramos hic legit, nō malos)  
Et fagos facit nominatiū singularem græcum, cu-  
ius ultimam non natura, sed finalitatis ratione posse,  
ait, produci. Alios dicit sic distinguere, fagos or-  
nusq; incanuit albo flore pyri, ut similiter fagos sit  
nominatiuus: quarum neutra rationum placet satis,  
Et uidetur rectius dici posse figurate dictū esse per  
i παράγνη, ut sit castaneæ fagos, pro eo quod est  
castaneas fagi, que figura alias frequens est huic Poe-  
tæ, ut dare classibus austros.

Sic orno pyrum, ulmo quercum inseri posse. Plin-  
libro 15. capitul. 15. Pars hæc uitæ, inquit, iam  
pridem peruenit ad columnen expertis cuncta homi-  
nibus, quippe cum Virgilius insitam nucibus arbu-  
tum, malis platanum, cerasis ulmū dicat. Nec quic-  
quam excogitari amplius potest, nullum certe pomū  
nouum diu iam inuenitur. Hæc ille. Vbi miror scribi  
cerasis ulmum, cum de glande loquatur Virgilius.  
Glandemq; nuces fregere sub ulmo, nisi quod conie-  
ctare licet mendum Pliniane lectioni inuctum, Et  
pro cerasis quercubus legendū, uel aliud quiddā &c.  
Nec mod. inferere atq; oculos imp. sim.  
Nā qua se medio trudūt de cortice gem.

ANNOT. EOBAN. HES.

De generibus infisionum uideto Plt. li. 17. ca. 14. ac alijs aliquot deinceps. Sed in hoc capite idem scriptor citat hunc locum Poetæ, loquens de infisione, quæ uocatur Inoculatio, Virgiliana, inquit, quæ rit sinum in nodo germine expulsi corticis, gemmâq; ex alia arbore includit.

Item Columellam li. 6. ca. 9. nam is præter uulga ta tria infisionum genera, quartum à se repertum ad dit, & Pallad. li. 3. cap. 17.

Vide item Col. li. 3. ca. 25. pulchre de his differen- tem. Idem eodem libro ca. 27. docet qua ratione oīm generū surculi omnibus arboribus inseri possint.

Orchades & radii, & amara pau. bacca.

Oliuæ Orchades à forma testiculorū dictæ, quippe Græcis ὄξης καὶ ὄξιδον testiculum significat.

Radij oliuæ à similitudine radiorum, id est, oblongæ dicuntur.

Pausiæ à pauciendo, id est, tundendo, quod nisi tun- dantur, oleum non reddant. Sunt & aliae species. Nam & Columel. libro 3. capit. 17. sic inquit. Opti- ma est olea Liciniana, secunda Pausia oleo, escæ Or- chis. Sunt & regiae & Radij non sine specie neq; oleo.

Præterea Palladius libro 3. capit. 18. Baccarum inquit, genus numerosum est, & plurimum uocabulo

rūm

IN VIRGIL. GEORG.

rum, sicut Pausia, Orchades, Radius, Sergia, Lici-  
nia, Cominia, & ceteræ quas nominare non attinet,  
plures item species enumerat Plin. li. 15. & capit. 3.  
¶ 4.

Pomaq; & Alcinoi syluæ.

Alcinoi syluas uocat pomiferas arbores. Horti Al-  
cinoi ab Homero primum nobilitati sunt. Quorum  
etiam Plin. meminit. Et quoniam in hortorum Alci-  
noi mentionem incidimus, libet & nobis uelut in hor-  
tum aliquem expaciari, & locum Homericum, quo  
diuinus Poeta hortos illos ingenij ubertate & copia  
nullis naturæ dotibus pensanda, describit. Quem nu-  
per non in hoc, ut huc adscriberetur, sed animi cau-  
sa, uertimus, his nostris, ceu πυρεὶς οἰνοῖς adiçere.  
Is est Odysseæ libro septimo sic à nobis latine reddi-  
tus:

At propè magnifico qua diues Regia cultu  
Visitatur, ante fuit uiridi locus undiq; sylua  
Conitus, umbrosaq; nemus propagine densum,  
Ramorum regione uiae conceptus ab omni  
Quadrifidae, super arboribus frondentibus intus  
Innumeri fructus, ceu punica mala, pyriq;,  
Et maliteretes, pulcherrima poma ferentes,  
Et dulces ficus, & florens germen oliuæ.  
Non aliqua fructus his tempestate peribant

ANOT. EOBAN. HES.

Non hyeme, non igniferi sub syderis æstu.  
Sed uer perpetuum Zephyris spirantibus illos  
Confouet, & nunc hos nascentes excitat, & nunc  
In loca cædcentum subeuntes digerit istos  
Fructus enim fructu super exidente senescit  
Inq; locum mali malum subit, uuaq; in uuæ  
E fico ueteri ficus noua protinus exit  
Fundit odoriferos genialis uinea fructus  
Et grauidæ plenis pendent à uitibus uuæ  
Quarum alias siccant aprici luximina Solis  
Sydereo expositas igni, lateq; uagantes  
Falce alias curua resecant, stant germine quedam  
Vernantes, & adhuc in succo floris acerbæ  
Hinc aliæ fructus maturis foetibus edunt  
Præterea uirides extremi palmitis uuæ  
stant ramos amplexæ altos, nec germine uiuo  
Deficiunt, semperq; uircent, totumq; per annum  
Luxuriantे thoros diffundunt fronde comantes  
Hinc gemini fontes, quorum rigat alter amoenas  
Pomiferacis opes horti, regalibus alter  
Aedibus illapsus subit alti limina tecti  
Uerbis eternam præbens ciuibus undam  
Talibus Alcinoi fulgebat regia donis  
Muneribusq; Deum collatis numime dextro  
Crustumis syriisq; pyris grauib. uolem.  
Multæ pyrorum genera enumerantur à Columel  
la li.

## IN VIRGIL. GEORG.

Illi. 6. ca. 8. ubi de infitione et satione eorum agit.  
de qua re & Palladius diligenter li. 3. ca. 25. Multo  
plura genera etiam à Plinio ponuntur li. 15. ca. 15.  
ubi inter alia præterea dixit uolema Virgilius à Cato  
ne sumpta. Multa etiam recenset Macrobi. Sat li. 4.  
ca. 19. Dicta autem uolema sunt, ut ait Seruius, à uola  
quod uolam compleant. Alia fermè pyrorum genera  
à locis uel gentibus, ac nonnulla etiam à familijs deno-  
minata sunt, quemadmodum in nostro quoq; vulga-  
ri uarie nuncupantur.

Nō eadē arborib. pēdet uindemia nost.

Nobiliora genera uitium tantum enumerat, sunt  
enim infinita penè, quippe, ut ait Columella, uniuersa  
regiones regionumq; penè singulæ partes, habet  
propria uitium genera, quæ consuetudine sua nomi-  
nant, proptereaq; subdit poeta. Neq; enim numerū  
comprehendere refert.

Quem quis scire uelit Lybici uelit æquoris idem  
Discere quam multæ Zephyro uersentur arenæ.

Multas tamen & Plinius nominat li. 14. ca. 2.

& 3.

Quæ hic nominantur, ferme à locis denominatae  
sunt, ut Methymna uitis à Methymna urbe Lesbi,  
Thasia à Thaso Insula.

Mareotis ægyptia uel Alexandrina, à lacu Mareo  
tide, qui Aegypti circa Alexandriam est.

ANNO T EOBANI HES.

Pūshium, inquit Plin. lib. 14. cap. 9. Paſſi genus  
est, ſuum, non uini ſaporem referens.

Paſſis uinis, & uino nomen à patientia factum eſt.  
Nam Plin. lib. 14. cap. 1. ſic ait: Quin & patientia  
nomen, Aciñis datur paſſis.

Vne paſſe quomodo fiant, pulchram habes descri-  
ptionem apud Columellam, lib. 13. cap. 16.

Aliam uero apud Palladium in mense Octobri, hoc  
eſt, lib. 13. cap. 22. Qui uiam paſſam, non ut Italia,  
ſed ut Græcia conficerere conſuecerit, docet. Verum,  
quia nobis tantum adnotatiōnes ſcribere cōſilium fu-  
it, multa omittimus conſulto. Qui totam & exactam  
rationem, tam uiae paſſe, quam uini paſſi omnino te-  
nere uoluerit, præter iam citatos scriptores, uideat in  
terpretem Diſcoridis, Marcellum Virgilium, lib. 5.  
cap. 2. nobis locos demonſtrasse ſatis fit.

Lageos, latine dicitur Leporaria. Plin. inter ge-  
nera uini & Lagaria nominat lib. 14. cap. 5. Omniū  
eorum, inquit, maxime illuſtrata Meſſalæ potu & fa-  
lute Lagaria non procul Grumento naſcentia.

Purpureæ, à colore nomen habent.

Præcie, cito matureſcentes, quaſi precoquæ.

Amineam, Colum. præcipue celebrauit, lib. 3. cap.  
9. & Plinius lib. 13. cap. 2. Amineis principatum dari  
ſcribit & Palladius: ſole Amineæ, inquit, ubi cunq;  
ſunt, uinum pulcherrimum reddunt.

## IN VIRGIL. GEORG.

Rhodia item & Rhetica à locis sortita nomina sunt, de quibus omnibus uideto citatos tā scriptores. Nam ut ait Palladius quoq; uitiū genera numerare nō attinet, uerum de generibus nucū, malorum, pyrorū, ficorum, olearum, & uuarum, uide Macrob. li. sat 4. ca. penultimo & ultimo.

Nec uero terræ ferre oēs omnia possunt.

Varro li. i. ca. 7. Non enim omnia in eadem agro recte nasci possunt, nam ut aliis est ad uitem ap positus, aliis ad frumentum, sic de ceteris aliis ad aliam rem. Inde eius rei ponit aliquot exempla, quemad modum & hic Poeta facit. Et idem codem libro cap. 23.

Media fert tristes succos tardūq; saporē  
Fœlicis mali quo nō præsentius illum.

Macrob. sat lib. 4. ca. 19. super hunc locum ita scribit, Ut nemo dubitet, inquit, hæc de Cureo dixisse Virgilum, accipitque Oppius in libro de Sylvestribus arboribus dicat, Curea item mala & Persica, altera generantur in Italia, in Media altera: & paulo post de Citreo loquens. Est autem odoratissimum, ex quo interieclum uesti tineas necat. Fertur autem uenensis contrarium, quod tritum cum uino purgatione uitium suarum bibentes seruet, generantur autem in Perside omni tempore mala Curea. Alia enim præcipuntur, alia interim maturescunt. Vides hic &

ANNOT. EOBANI HES.

Citreum nominari, & omnia signa ponit, quæ de eo  
Virgilius dixit, licet nomen Curei ille nō dixerit.

Sed Plinii lib. 12. ca. 3. sic scribit. Malus Assyria  
quam alijs uocant Medicam uenenis medetur, pomum,  
ipsum alijs non manditur, odore præcellit, foliorum  
quoq; qui transit in uestes, arcetq; animalia noxia.  
Arbor ipsa oibus horis pomifera est, alijs cadentibus  
alijs maturescientibus, alijs uero subnascientibus, ten-  
tauere gentes transferre ad se propter remedij præ-  
stantiam fictilibus in uasis dato per cauerias radicibus  
spiramento, qualiter oia transfigura longius scri-  
arctissime transfigriq; quæ meminisse coueniet, ut si  
mul quæq; dicantur. Sed nisi apud Medos & in Per-  
side nasci uoluit, & subdit, Nec alia arbor laudatur  
in Medis. Haec enim Plinius. Quæ cum scriberet, op-  
nor ad hunc locum, ut alijs huius Poetæ ualde studio-  
sus, respexit.

Quin & Dioscorides de Simplicibus Medicinis  
lib. 1. ca. 142. de generibus malorum loquens, sic scri-  
bit. Quæ Medicæ Persicae aut Citromala, à Roma  
nis uero Citrea uocantur, omnibus nota. Arborem  
habent toto anno fœcundam & superfœtantem, po-  
mum oblongum est, rugosum, colore ad aurum in-  
clinato, cum grauitate odoratum, semen habet pyro-  
rum seminibus simile, quod in uino potum, uenenis  
aduersetur, & alium deiiciat. Columella etiam in  
horto

# IN VIRGIL. GEORG.

Horto suo sic lusit de hoc malo. Et pomis que barba  
ra Persis.

Miserat ut fama est patrijs armata uenenis  
At nunc expositi paruo discrimine lœti  
Ambrosios præbent succos oblita nocendi  
Quinctiam etusdem gentis de nomine dicta  
Exiguo properant mitescere persica malo

Verum ea uenenata fuisse, & à Cyro è Perside in  
Aegyptū pro ueneno missa fabulosum esse scribūt.  
Interpretes Dioscoridis & Columellæ, Palladius.  
Ipsa suos onerat meliori germine ramos

Persicus, & pruno scit sociare genus  
Imponuq; leues in stipite Phyllidis umbras  
Et tali discit fortior esse gradu.

De his item multa Theophrastus lib. 4. De hoc p.  
mo paulo longius euagati sumus, quoniam & Poeta  
uelut è spacio digressionē in huius descriptione fecit.

Sed neq; Medorū syluæ, ditissimi. terra. ☺  
Neq; pulcher Ganges, atq; auro tur. Her.  
Laudib. Italæ certet, nō Bactra, neq; In.  
Totaq; thuriferis Panchaia ping. arenis.

De laudibus Italæ plurima sunt scriptorum tam  
Græcorum quam Latinorum testimonia, è quibus,  
quoniam & hic operæ præcium est, cum Poeta ex-  
currere, uelut in locū plausibilem, pauca tantum, et

ANNOT. EOBANI HES.

que nūc occurunt maxime attingenit, & indicabili  
mus modo. Primiū omnīū Varro rerū rusticarū li. 1.  
ca. ii. dicit, nullā terrā Italia, neq; cultiore, neq; que  
tam tota culta sit, esse. Nā cum orbis terræ, inquit, di-  
uisus sit in duas partes ab Eratosthene, maxime secun-  
dum naturam ad meridiem uersus, & ad septentrio-  
nes, & sine dubio quoniam salubrior pars septentrio-  
nis est quam meridiana, & quae salubrior, illa fructuo-  
sior dicenda. Ibiq; Italiam magis sūisse opportunā ad  
colendū quam Asiam, primū quod est Europa, secun-  
dū, quod h̄ec pars temperatior est q̄ interior &c.

Et paulo post, quod far conferam, inquit, Campa-  
no? quod triticum Apulo? quod uinum Phalerno?  
quod oleum Venafrano? Non arboribus consita Italia  
est, ut toū pomarum uideatur? An Phrygia magis co-  
operta uiribus, quam Homerus appellat οὐλύν-  
gov quam hæc? An Agros quam idem Poeta ἀμε-  
λός αρο? In qua terra iugerum unū denos, & qui  
nos caleos fert uini, qđ quædā in Italia regiones &c.

Polybius historiarum lib. 2. copiosissime, & non  
maligne, quod græci plerūq; solent huius regionis  
laudes scribit.

Columella li. 4. cap. 8. inter alia sic quoq;. His  
nimur exemplis admonemur curæ mortalium ob-  
sequentiissimā esse Italiam, quæ penè totius orbis fru-  
ges adhibito studio colonorū ferre didicru. Hæc ille-

E

# IN VIRGIL. GEORG.

Et quia non est propositum recensere omnia, uide  
Dionysium Halicarnassum lib. antiquitatū primo.

L. Florum Epib. lib. primo, ubi de Campania. Plenis  
simū tamen est Plinius testimonium, quod adserbemus  
is libro 37. cap. ult. sic scribit.

In toto orbe & quacunq; cœli conuexitas uergit,  
pulcherrima est omnium rebus meritoq; principatū  
naturæ obtinens Italia, rectrix parensq; mundi altera,  
uiris, fœminis, ducibus, militibus, seruitijsq; , ar-  
tium præstantia, ingeniorum claritatibus. Iam situ  
ac salubritate coeli ac temperie, accessu cunctarum  
gentium facili, litoribus portuosis, benigno uentorū  
afflatu, etenim contingit recurrentis positio in partē  
utilissimam, & inter ortus occasusq; mediam, aqua-  
rum copia, nemorum salubritate, montium articulis,  
ferorum animalium innocentia, soli fertilitate, pabu-  
li ubertate. Quicquid est quo carere uita non de-  
bet, nusquam est præstantius, fruges, uintum, olea,  
uellera, lma, uestes, iuenci, ne equos quidem in tri-  
garijs præferri ullis uernaculis animaduerto. Me-  
tallis, auri, argenti, æris, ferri quam diu libuit exer-  
cere nullis cessit, & his nunc in se grauida pro omnī  
dote uarios succos & frugum, pomorumq; sapore  
fundit. Ab ea exceptis Indiæ fabulosis proxime  
quidem duxerim Hispaniam quæcumque ambiu-  
mari.

ANNO T. EOBANI HES.

Idem lib. 3. cap. 20. succinctius.

Hæc est, inquit, Italia Dijs sacra, hæc gentes, hæc oppida, populorum, super hæc Italia, quæ L. Aemilio Paulo C. Statilio Regulo Coß. nunciato Gallico tua multu sola sine externis ullis auxilijs, atq; etiam tunc sine transpadanis. Equum 80. M. Pedatum 700. M. armavit. Metallorum omnium fertilitate nullis cedit terris, sed interdictum id ueteri consultu patrii Italæ parcit ualentium.

Hinc Albi Clitumne greges &c.

Describit huius fontis situm, naturam, amoenitatem, fluuim ex eo natum: religionem deniq; & uictu statem pulcherrime Plinius secundus epistolarum li- s. epistola cuius initium est, Vidisti ne aliquando Cli tumnum fontem &c.

Pl. li. 11. cap. 106. in Falisco Clitumni amnis aqua pota candidos boues facit.

Propertius. Qua formosa suo Clitunus flumina luce Integit, & nubes abluit unda boues.

Italam ab abundantia pecorum nomen fortitam esse author est Gellius. lib. v. cap. 1.

Iulia qua ponto longe sonat unda refuso

Lucrinum & Auernum Lacus in sinu Baiano nō procul Puteolis quandā syluis impediuissimos Aug- sicauit. Portumq; Iulium fecit, immisso in Auernum & Lucrinum mari per quadraginta milia passuum, quam

IN VIRGIL. GEORG.

quam Iuliam undā uocant, ut hic. Meminit Pli. breui  
ter lib. 36. cap. 15. & Hor in arte. Siue recepius  
Terra Neptunus classes Aquilonibus arcet.  
Regis opus sterilisq; diu palus aptoq; remis  
Vicinas urbes alit, & graue sentit aratrum.

Vide Suet. & Plut. in ipsius uita.

Nunc locus aruorum ingenii &c.

De natura & qualitate terrarum multa uidere  
est apud Varronem li. 1. cap. 9.

Columella genera terrent uocat, de quibus co-  
piose differū li. 11. cap. 11. & li. 4. cap. 11.

Palladius li. 1. cap. 5.

Plinius lib. 27. cap. 4. 5. & 8. Terrarum diffe-  
rentias plures ponit Diosc. li. 5. cap. 101. Sed nihil  
ad rem &c.

Vide in primis Colu. li. 3. cap. 3. de terra uitin-  
bus apta, & li. 4. cap. 1. & alibi.

Talem diues arat Capua & uicin. ueseuo  
Ora iugo &c.

Aul. Gellius noctium Atticarum li. 7. cap. 20.  
Scriptum, inquit, in quodam cōmentario reperti uer-  
sus istos, à Virgilio ita primū esse recitatos atq; edis-  
tos, Tale diues arat Cap. & u. u Nola iugo, postea  
Virgilium petisse à Nolanis aquam uti duceret in  
propinquum rus, Nolanos beneficium petuum non

ANNO T EOBANI HES.

fecisse, Poetam officinsum nomen urbis eorum, quali ex hominum memoria sic ex carmine suo derasisse, oraq; pro nola mutasse, atq; ita reliquisse. Et uicina uel seu Ora iugo &c.

Tristia tētantū sensu torquebit amaror.

Idem Gellius lib. 1. capit. 21. Authoritate Higini, qui commentarios in Virgilium scripsisse dicitur, docet legendum esse, non amaro, sed amaror. Idq; uerbum non à Virgilio primum, sed ante eum à Lucretio quoq; dictum. Seruus item, legit amaror, camq; ueram aut esse lectionem.

Vesuuus autem, de quo paulo ante, qui & Vesuuus Campanie mons, celebratus maxime morte Plini historici, ut epistolarum lib. 6. scribit, eiusdem nominis eius Nepos.

His a iaduersis terrā multo ante memēto

De seminario faciendo loquitur, præcipitq; ut futurus seminarium plantas non transferat in locum dissimilem matri, id est terræ, in qua prius creuerant. Item, ut partes plantarum spectent eam partem cœli quam prius spectarant antequam transferrentur, de qua re hoc præceptum Catonis est cap. 45.

Seminarium ad hunc modum facito. Locū quam optimum & aptissimum, & stercoratissimum poteris, & quam simulum genus terræ, ubi semina posiu-

rus

## IN VIRGIL. GEORG.

rus erit, hoc uti ne nimis longe scimma ē seminario  
ferantur &c.

Colu-lib 3. cap. 1. Optimum est, inquit, codem  
agro, quo uitem depositurus es, uel certe uicino face  
re seminarium. Totum hoc caput cum duobus se  
quentibus hunc Poetæ locum satis explicabit diligen  
ter legenti.

Plin.lib. 17. cap. 10. Principio eligi solum refert,  
quoniam nutricem indulgentiorem esse, quam matrē  
sæpe conuenit: sit ergo siccum succosumq; bipalio  
subactum, aduenis hospitale & quam similimum ter  
rae in quam transferendum sit.

Videto item Palladium lib. 3. cap. 15.

Qui etiā cœli regionem in cortice signat

Palladius lib. 2. cap. 13. sic scribit, plagam cœli ui  
nea spectare debet, locis frigidis meridianam. Calidis  
septentrionalem. Tepidis orientem. Si tamen Au  
stros uel Euros, regio non habeat inimicos. Quod si  
hoc est, uium melius in Aquilonem uel Fauonium ui  
neta dirigemus &c.

Eadem ferè Colum.li. 4. ca. 12.

Plin.lib. 17. cap. 23. Vites, inquit, Aquilonem spe  
ctare debent, ipse palmites autem earundem ad me  
ridiem &c..

Verum id generale preceptum postea latius ex  
equitur Poeta ibi. Neue tibi ad solem uergant &c.

A N N O T · E O B A N I H E S ·

Nec secius omnis in unguem  
Arboribus positis secto uia lim. quadret.

Varro ostendit arbores à ueteribus in quincuncē  
seri solutas, li. 1. cap. 7.

Quod ipsum quomodo faciendum sit, & de reli-  
quis uitium interuallis, copiose docet Columella li. 4.  
cap. 15. Interuallū scil. sesquipedum scriubens, ne  
se se inter se contingant.

Pl. li. 17. cap. 21. Interesse, inquit, oportet in plan-  
tario sesquipedis inter bina semina in latitudinem, in  
longitudinem semisses.

Sed hoc in plantario, capite uero sequenti libri  
eiusdem sic dicit, Interesse medio temperamento in-  
ter binas uites oportet pedes quinos. Minimum au-  
tem lato solo pedes quaternos, tenui plurimum octo  
nos. Umbri & Marsi ad uicenos intermittunt aratio-  
nis gratia in his, quæ uocant porculeta, pluuiō &  
caliginoso tractu rariores ponit, sicco densiores con-  
gruit &c. Eadem item Col. li. 3. cap. 4.

Forsitan & scrobib. quæ sint fast. quæras

De faciendis scrobibus Colum. satis multa li. 3. ca.  
19. Ante annum quam ponere poma uoles scrobes fo-  
dit, ita sole pluiaq; macerabuntur, & quod posue-  
ris cito comprehendent. Sed si quo anno scrobes fe-  
ceris etiam semina ponere uoles, ad minimum ante  
duos

# IN VIRGIL. GEORG.

duos menses fodito scrobes, postea sarmentis eos impleto & incendito. Quo latiores scrobes feceris, hoc etiam laetiores erunt sapidioresq; fructus &c. Et ibi dem cap. 4.

Si scrobibus aut sulcis uineam posituri erimus, optimum erit ante annum scrobes uel sulcos facere. Plin. li. 17. cap. 22. Sulco latitudo palæ est, scrobibus ternorum pedum in quamcunq; partem. Altitudo, in quocunq; genere tripodalis. ideo nec uitis minor transferri debet, extatura etiamnū duabus gemmis. Emoliri terrā minutis in scrobe ima sulcis fimoq; misceri necessarium. Cluosa altiores poscunt scrobes, præterea puluinatis à deuexitate labris.

Præterea uideto Colum. li. 5. cap. primo.

Pall. li. 3. cap. 9. Catonem cap. 43.

Neue tibi ad solē uergat uineta cadentē.

Huc partim repetenda sunt, quæ supra citauimus. Ibi, Nunc locus ingenijs &c. Partim addenda de terra uineali ex Colu. li. 4. cap. ii. & 12. ubi dicit, Quam regionem cœli spectari debeant uineæ unice ueterum esse dissensionem, ubi & hunc locum citat. Deinde addit. Nobis in uniuersum præcipere optimum uisum est, ut in locis frigidis meridianu[m] uineta subiiciantur. Tepidis orienti uertantur. Si tamen nō infestabūtur austris Eurisq; Vide supra, ibi. Quineti

ANNOT. EOBANI HES.  
am cœli reg. in cort. &c. Varro item nonnihil lib. v.  
cap. 25. & 26.

Optima uinetis satio est, cū uere rubeti  
Candida uenit auis longis inuisa colub.

Sequitur opus uineæ conserendæ, quæ uel Vere  
uel Autumno tempestue deponitur. Vere melius si  
aut pluuius aut frigidus status cœli est, & ager pin=   
guis aut campestris & uliginosa planicies. Rursus  
autumno, si sicca, si calida est aeris qualitas, si exilis  
etq; aridus campus, si macer præruptusue collis.  
Vernæq; positionis dies fere 40. sunt ab Idib. Febr.  
usq; in æquinoctium. Rursus Autumnalis ab Idib.  
Octobr. in CAL. Decembr. hæc Columel. lib. 4. ca  
pit. 14. Sed hæ rationes Italæ fortasse, ut calidiori  
regioni conueniunt, nostræ non item, quæ multo est  
frigidior, quia septentrionalior. Eamq; ob rem quæ  
cunq; item alia de huiscemodi rebus à nobis ex scri  
ptoribus Rusticis citantur, non eo consilio citantur,  
ut quasi perpetuo & immutabili lege putemus esse  
obseruanda. Sed ut facile appareat, & quantum ue  
teres diligentiam, quantum studium in re nobis pe  
nè contempta posuerint, & comparatione locorum  
regionumq; facilius etiam omnia pro patriæ cuiusq;  
consuetudine, situ, ac natura moderentur. Non enim  
vocabula modo multa, sed & res pleraq; à ueterum  
disciplina mutatae sunt &c.

Idem

IN VIRGIL. GEORG.

Idem Columella lib. 5. cap. 29. Verior est infesta  
rendatio serpentibus iam diebus post hyemem cum  
& gemmae & cortex naturaliter mouentur, nec frigus  
ingruit quod possit, aut surculum insitum, aut  
fissuræ plagam inurere &c.

Vide item Catonem cap. 40. & 41.

Palladium lib. 4. hoc est Mense Martio cap. 10.

Plin. lib. 17. capit. 22. ex Catone, Vitis insita  
una est per Ver, altera cum uua floret, et melior  
est.

Per candidam auem Poeta Ciconiam significat,  
qua serpentibus pullos pascit, ut aut iuuenialis, Quæ  
primo uere quasi æstatis nuncæ è longinquæ ad nos  
ueniunt aues incertum unde, ut ait Plinius, sed hæc  
extra rem.

Ver adeo frondi nemoru uer utile syluis

Amœnissima digressio in descriptione Veris καὶ  
τὰ τὸν περιφέας, quæ non incommode prece-  
ptorum scrupulosam austoritatē opportuno in amœ-  
niorem locum excusu lenit, & fastidium uarietate  
leuat. Quod cum aliâs saepe tum precipue talibus ex-  
cursibus Poetæ celebriores facere consuerunt, &  
hic in primis, ut in primo per descriptionem mutata  
æstatis auræ, & incendijs, & naturæ animalium &c. Et

ANNO T. EOBANIHE 5.

in hoc iam antea, Malis perfici. Item laudum Italiæ, et  
paulo post uitæ rusticæ, & in sequentibus alia per-  
multa. Solent uero uel in primis circa uerni tempo-  
ris m̄pi φασι luxuriare, quasi ingenij alacritate  
ipsam naturam sequente, sicut ipse in Bucolico car-  
mine quoq;

Et nunc omnis ager, nunc omnis parturit arbos.

Nunc frondent sylue, nunc formosissimus annus.

Et Ouidius fastorum 4.

Nec Veneri tempus quam uer erat aptius ullum

Vere nitent terræ, uere remissus ager

Nunc herbae rupta tellure cacumina tollunt

Nunc tumido gemmas cortice palmes agit &c.

Idem primo fastorum de Vere.

Omnia tunc florent tunc est noua temporis ætas

Et noua de grāudo palmite gemma tumet

Et modo formatis aperitur frondibus arbor

Prodit & in summum seminis herba solum

Et tepidum uolucres concenibus aera mulcent

Ludit & in pratis luxuriatq; pecus &c.

Horatius primo carminum, & quarto, & alibi quoq;

Sed horum nunc sa!is est.

Non alios prima nascentis origin. mūdi  
Illuxisse dies &c.

Ouid. idem de prima etate in Metr.

Ver

## IN VIRGIL. GEORG.

Ver erat aeternum, placidiq; tepentibus auris  
Mulcebant Zephyri natos sine scmine flores &c.

Et coniuncti Mathematici quoq; mundi orium,  
a tempore uerno cœpisse. Atunt enim Aegyptij, incipiente die illo, qui primus omnium luxit, id est, quo in hunc fulgorem cœlum & elementa purgata sunt, quia inde mundi natalis iure uocatur, Arietem in meo cœlo fuisse, vide Macrob. de somnio li. 1. Itaq; ratione non caret, quod alioqui poterat uideti fabulosum, & uerisimile est, quantum humanis rationibus licet conidere, nō ab hyeme utiq; aut autumno, aestate ue, nascentium omnium rerum exordium sumere uoluisse creatorem etiam temporum, sed nemo illi fit a consilijs, & impium fuerit fortasse uelle haec rationibus ullis altius prosequi. Itaq; relicto cœlo, ad agros nostros redeamus.

Ferrea progeries duris caput extul. aruis

Apud Hesiodum quoq; in primo, quinta ætas ferrea est, ait enim. νῦν δὲ οὐρανὸς στόχεον. Id est. Nunc etenim genus est ferri de robore facillum. & apud Ouid. in primo Meta. Et ipse in primo diu. Vnde homines nate durum genus, loquens de saxis à Deucalione & Pyrrha tactus &c.

Quod superest, quæcūq; preuir. per agr.  
Colu. li. 4. ca. 15. scribit Virgilium de ponenda

ANNOT. EOBAN. HES.

Seu in serenda uite Magonem Carthaginem secundum esse, qui similitatione tutari ac muniri semina precepit.

Eodem loco ait sic deponendam esse uitam, ne durum uitium radices implicitur. Id enim, inquit, facile est uitare per imum sulcum, iuxta diuersa latera fossarum dispositis paucis lapidibus, qui singuli non excedant quinque librae pondus &c.

Seminib. positis superest deducere terrā.

Col. lib. 5. ca. 4. & 5. Inter alia dicit. Numerus uertendi soli bidentibus, ut uerum fatear, definitus non est, cum quanto crebrior sit, tanto plus professa fissionem conueniat.

Ac dum prima nouis adolefecit frond. ætas.

Hanc decus sionem frondium insolationem uocant scriptores rustici, locum hunc satis explicabit ibi Columel. libro 5. capitib. 2. & 7. & Plin. lib. 17. capit. 22. Item alij, quos quia sepe citauimus, hic superuacaneum est usum. Quippe cum loci quoq; iam dudum indicati sint harum rerum fere omnes.

Texendæ sepes etiam &c.

De ratione faciendarum septum, locos indicamus supra libro primo, ibi, Segeti prætendere se pem &c.

Non

# IN VIRGIL. GEORG.

Nō aliā ob cauſam Baccho cap.oib.aris.

Ouidius primo libro Fastorum rationes assignat,  
quare & que quibus Numinibus animalia imoleantur,  
ut Baccho caper, Cereri sus, Aristaeo bos, Ovis Dijs  
ruralibus, Equus Soli. Cerua & canis Diana, Afra  
nus Priapo, Gallus Nocti.

Rode caper uitem tamen hinc cum statis ad aras

In tua quod ſpargo cornua poſſit, erit.

Vide Politianum in Miscellaneis.

Idem Ouid. 15. Metamorph.

Vite caper morsa Bacchi mactatus ad aras

Dicitur ultoris &c.

Mollibus in bratis unct. saliere per utres

Aſcalias mon dicit genus saltationis, in Bacchi or-  
gijs fieri ſolutum, in quibus utres ponebant inflatos  
unctosq; , ut in eos uno tantum pede inſilientes, faci-  
lius prolapsi ſum circumſtantium excitarent, quam  
rem ἀσκεωλιάζει uocant, nam uires ἀσκουντ  
cunt. Idq; ab Athentensibus maxime factum hic in-  
dicat Poeta. Hunc locum parum recte quidam hače-  
nus interpretes intellexerunt. Adnotauit ex Athe-  
neo Celius. De saltationum ſtudijs Macrobi lib. Sat.  
3. capit. 14.

Oſ illa ex alta ſuspendunt mollia pinu.

Antiquissimum morem sacrificandi tangit, que

ANNOT. EOBANI HES.

cum Diti et Saturno fieri solita antiquitus scribit Ma-  
crobius Sat. li. 1. cap. 7. hic uero ad Bacchum etiam  
transfert, eam ob rem opinor, quod Saturnalia sine  
Bacchi præcipuo honore haud quaquam celebraren-  
tur. Saturno enim cum prius humanis hostijs luta-  
sent, & Diti humana capita offerrent, Hercules, aliud  
& faustiore ritum sacrificandi, nempe non capti-  
bus humanis, sed oscillis ad similitudinem humanoru-  
m caput factis Ditem placarent, & Saturno non ui-  
ros, sed accensalumina, utraq; enim φῶται uocant  
græci, offerret. Baccho igitur hic Poeta oscilla, id est  
effigies seu uultus hominū ex pinu suspendisse Athe-  
nienses, & per uncos utres saltasse dicit.

Laudato ingentia rura, exiguum colito

Colu. li. 1. ca. 3. Nos, inquit, ad cætera præcepta  
illud adiicimus, quod sapiens unus de septem in per-  
petuum posteritati pronunciauit. Adhibendum mo-  
dum mensuramq; rebus, idq; ut non solum aliud actu-  
ris, sed & agrum paraturis dictum intelligatur, ne  
matorem quam ratio calculoru patitur emere uelit.  
Nam hoc pertinet præclara Poetæ nostri sententia  
**Laudato ingentia rura. Exiguum colito.**

Quod uir eruditissimus, ut mea fert opinio, tradi-  
tum uetus præceptum numeris signauit, quippe acu-  
tissimam gentem Pœnos dixisse conuenit, imbecillo  
rem

IN VIRGIL. GEORG.

rem agrum quam agricolam esse debere, quoniam  
cum sit collectandum cum eo si fundus praeualeat  
allidi dominum. Nec dubium, quim minus reddat la-  
xus ager non recte cultus quam angustus eximie.

Inde addit in hanc rem quædam exempla &c.

Contra non ulla est oleis cultura &c.

Aperta sunt quæ dicuntur hoc loco, qui tamen  
plura desyderet, uideat, de olea Varronem libro 1.  
capit. 24.

Colu. lib. 3. capit. 17.

Pall. lib. 3. cap. 28.

Plin. lib. 15. locis multis.

Reliqua ab hoc quia facilia sunt, & nulli non pas-  
sim, & in alijs scriptoribus obuia, adnotationibus nō  
uidebantur egere.

Bacchus & ad culpam cauſas dedit &c.

Libet hic expaciari parumper, & studioſis  
tantum literarum indicare, quantum sit malum &  
corporibus & ingenij, tuni immoderatus usus,  
quamq; uere dixerit hic Poeta Bacchum ad culpam  
dedisse ac dare cauſas, quod dum facio non describa  
omnes omnium super eare longissimas plerunq; nar-  
rationes, sed breuiter indicabo lecos quosdam & sen-  
tentias celebriores non nisi celeberrimorum scripto-  
rum, quos quidem ego legerim, non ignarus posse

Q

ANNO T EOBANI HES.

multo plures affterri & aperiri campum spaciofissimum uolenit omnem scripturam cū sacram tum prophanam excutere ad destruendum ebrietatis uictū, sed nos prophanas duntaxat literas, quæ nostræ nūc professionis sunt, delibabimus. Quæ igitur Poeta dicit, ille furentes centauros læto domuit &c. Scripta sunt etiam, mo copiose descripta apud Ouidiū transformationem libro 12. & in carmine elegantī sancē, sed ἀδιλω. & si Virgilio adscribatur, cuius non minus quam Priapeia non est, de uino & Venere, quod quia notum est, non adscripti, & quoniam de Poetis cepimus, horum quædam in hanc rem testimonia proferemus, p̄eclarum in primis est illud Horatiū, primo carminum Ode. 18.

At ne quis modici transfiliat munera Liberi  
Centaurea monet cum Lapythis rixa super mero  
Debellata, monet Sithonijs non leuis Euhyus  
Cum fas atq; nefas exiguo fine libidinum  
Discernunt audi &c.

Propertius elegiarum libro 2. sic att.  
Vino forma perit, uino corrumpitur ætas  
Vino s̄epe suum nescit amica uitrum  
Citius enim senescere ebriosos ratione naturali, sa  
eile erat ostendere, nisi hoc non ageremus.

Ouidiū

## IN VIRGIL. GEORG.

Ouidius quoq; damnat ebrietatem in amantibus,  
ait enim in secundo de Arte.

Ebrietas ut uera nocet sic ficta iuuabit

Nocet, inquit, uera ebrietas, sed non tantum amator. Et iuuentalis de re turpi dixit.

Quid enim Venus ebria curet, Inguinis & capitis que sint discrimina nescit.

Idem Ouidius in secundo de amoris remedio, mediocrem ebrietatem damnat, immoderatam admittit, sed suo seruiens argumento. Quam plerique nostro quoq; tempore uchementer probant, ait autem.

Aut nulla ebrietas, aut tanta sit ut tibi curas

Eripiat, si qua est inter utranq; necet

Siquidem Poetæ præcipue fugiendam ebrietatem censem, quod arcana prodat, nam uerissimū est illud ex eodem quod paulo ante citauimus carmine Arca num demens detegit ebrietas

Et Horatius.

Condita cum uerax aperit præcordia Liber  
Vbi allusit ad prouerbium Εν οἴνῳ ἀληθείᾳ  
Et in arte, Reges dicuntur multis urgere cululis  
Et torquere mero quem perspexisse laborant  
An sit amicitia dignus. Verū est etiam illud Theo-  
gnidis.

Q 2

ANNOT. EOBANI HES.

Ἐπιπρὶ μὲν χρυσόντες τὸ ἀργυρόν ἴσθνετο ἀνδρες  
χινοσκόσ, αὐτοῖς δὲ οἶνος ἐλεῖται νόον

Quod eum habet sensum.

Argentum et fuluum spectatur in ignibus aurum

Vina animos hominum non moderata probant.

Et Euripides κατέπλεον Φέιδης χαλκός

ζεῖν, οἶνος δὲ νόον, ut era uultus uina pectus in  
dicant. Hunc senarium Erasmus citat ex Athe-  
næo, non tamen uertit.

Notum est illud quoq;

Nox et amor uinumq; nihil moderabile suadent

Illa pudore uacat Liber amorq; metu

Et illud Plautum ex Bacchidibus.

Uicebro sius fieri nihil potest, nox, mulier, uinum

Homini adolescentulo et c.

Aristophanes in Acharnanibus.

Οἱ βάρβαροι Φέιδης αὐτοῖς ἡγεμονία μόνος  
ζεῖσθαι εἰσα Λαμπεύος καταφεγγύτε καὶ  
τοιεῖν.

Vel hosce solos Barbari putant uiros

Qui plurimum bibendo sine edendo pollent.

Et habendum semper in animo oculisq; sapientis  
Oraculum οἶνος στευτὸν κεραύνος circa uinum  
temperantiā seruandam esse præcipiens. Immensam  
syluam talium congerere potueram, sed eleuetur for-

san

IN VIRGIL. GEORG.

*San poctarum authoritas à Philosophis, nisi ipsorum quoq; nemo non præcipius non præcipue damnet ui uolentia. Sicut idem, à quo iam cepimus, alibi quoq; aliquoties. Plena detestatio, & omnia maxima ebrie tatis mala, plurimeq; pestes enumerantur à Plinio lib. 14. cap. 22. E quibus illa uelut axiomata quedam notatu digna sunt.*

*Vinum hominis mentem mutat ac furorem gignit*

*Docet libidines temulentia*

*Ebrii oculis matronas licentur & maritis perduntur*

*Ebrii animi secreta proferunt*

*Ebrii mortifera loquuntur, redditurasq; per iugulum uoces non continent, multis ita interemptis*

*Ebrii Solem orientem non uident*

*Minus diu uiuunt. Ex ebrietate sunt pallor,*

*Pendula genæ, oculoru ulcera, tremula manus,*

*Furiales somni, inquietes nocturna,*

*Libido portentosa, fœtidi ex ore halitus*

*Rerum omnium oblitio, mors memorie*

Princeps Medicorum Hippocrates multis locis nimium uini usum letiferum esse ostendit, sicut lib. 3. de morbis dicit, Eierisæ penumero, ut uiolenti obmætescant derepente, conuulsionemq; patientes moriantur. Et in libro de sterilibus, uirum temulentum parum aptum generationi prolis dicit esse, & alibi sepe multa hoc modo.

Q 2

ANNO T. EOBANI HE S.

Vna legum Solonis fuit, morte multandum principem esse, qui deprehensus fuisset ebrius.

Et Putacus dupli incommodo dignos esse censuit, qui uino ad ebrietatem abuterentur, nempe, ut opinor, quod et pecuniae et sanitatis iacturam facerent.

Arist. li. 7. politiorum uerat pueris et nutrieibus uinum dari, nempe quod non pueritiae modo, ueruetiam cuius etati periculosem sit, cum morbos et plurimos et maximos gignat. Et quoniam Rusticus nunc scriptoribus insistimus, libet adscribere Columellae sententiam, quam lib. 12. cap. 1. de bono patre familias, seu uillae prefecto loquens, ponit his uerbis, Somni et uini sit abstinentissimus, que utraq; sunt inimicissima diligentiae, nam et ebriofo euera officij pariter cum memoria subirahitur, et somnuculosum plurima effugunt.

Sed et nos in curam tuendae ualestudinis  
Immodici sensus perturbat copia Bacchi

Inde qui enumeret quot mala proueniant?  
Corporis exhaustus succos, animiq; uigorem

Opprimit, et mentes strangulat atq; necat  
Sed prius in sicca gaudebit piscis arena

Bacche oblite modi quam tua damna canam  
Atq; ea sunt alto quodam mihi dicta libello

Et sunt nequitiae nomina multa tuæ  
Ergo modum prescribe Deo tam grande, nocenti  
Cum uenit accepta conditione iuuat.

Vcrū

IN VIRGIL. GEORGIA

Verum ne ea tantum quæ uicosa ex nimio uini ab  
usu proueniunt prosequentes, quæ bona quoq; ex ea  
iusdem mediocri & temperata potatione existunt,  
prætereamus. Verba Auli Gellij ex noctiū lib. 15. ca-  
pite 2. huc adscribemus.

Plato, inquit, in primo & secundo de legibus, nō  
ebrietatem istam turpisimam, quæ labefacere & mi-  
nuere hominū mentes solet laudauit. Sed hanc largio-  
rē paulo iucūdiorēq; uini inuitationē, quæ fieret sub  
quibusdā quasi arbitris, & magistris cōiuiorū sobri-  
is nō improbauit. Nā & modicis honestisq; inter bi-  
bendū remissionibus refici, integrariq; animos ad in-  
stauranda sobrietatis officia existimauit, reddiq; eos  
sensim lētiores, atq; ad intentiones rursum capieendas  
fieri habiliores. Atq; etiam hoc Plato ibidem dicit.  
Nō fugiendas esse neq; respuēdas huiusmodi exercita-  
tiones aduersum propulsandā uini uiolentiā &c. Nā  
totū caput, ut huc pertinet, ita extra rationē instituti  
uidebatur adscribere. Macrobius hoc in suū cōuinū  
ut permulta alia, impudenter tacito authoris noīc  
transcripsit. In eandē ferme sententiam est, & illud,  
quod Plutarchus scribit in libello de tuenda bona uan-  
itetudine. Per difficile scil. esse in cœtu hominū, &  
inter inuitationulas illorū, te ipsum intra mediocritatē  
solitāq; temperantiam continere, ut non oībus uehe-  
menter grauis ac molestus & onerosus esse uidearis.

Q. 4

ANNOT. EOBANI HES.

Hæc hactenus in annotationibus attigisse satis fuerit, neq; enim institueram ebrietatis uituperationem scribere, aut inter agricolas declamare, quod et impudentis erat, et sui prorsus oblitus, Poetam igitur eos felices proclamantem audiamus

O fortunatos nimium sua si bona norint  
Agricolas, quibus ipsa procul disc. armis  
Fundit humo facile uictum iustissima tel.

Hæc digressio qua librum hunc, ut superiorem narratione de morte Cæsaris, et sequentem pestilentia pecorum, ultimum fabula Aristæi, concludit, continet plenissimam laudem uitæ rusticæ, quæ cū satis clara per se sit, nulla magnopere eget expositione, et qui laudes uitæ rusticæ describant, in frontispicio harum annotationum indicauimus.

Extrema per illos  
Iusticia excedens terris uestigia fecit

Iustitia, inquit, cum ubiq; iam subeuntibus uicijs exularet, et à nullo non hominum genere ejaceretur, diutissime tamen apud agricolas mansit, qui uictum quotidiano labore querentes, nullæ relinquebant uicijs aditum, omneq; luxurie uiam præstruente, diutissime innocenter uixerere, donec tandem ad hoc quoq; genus uiciorum contagia irrepsero. Itaq; ceu dedita gnatam mortalium consuetudinem iustitiam terris abijisse

# IN VIRGIL. GEORG.

abijisse, & ad superos unde uenerat, ut Hesiodus ait,  
redijisse Poetæ pañim canunt, ut Ouid. primo Met.

Victa iacet pietas & uirgo cæde madentes

Vltima coelestum terras Astræa reliquit

Et idem primo quoq; Faſtorum.

Nondum iuſticiam facinus mortale fugarat

Vltima de ſuperis illa reliquit humum.

Pulchra eſt de iuſtitia apud Hesiodum libro ope-  
rarium & dierum narratio, quæ quoniam prolixior  
paulo eſt, non uidebatur huc adſcribenda.

Videto item Aratum ἐν φαυγομαίγοις

Me uero primū dulces ante oīa Musæ

Quarū ſacra fero, ingenti perculſ. amore

Accipiāt, cœliq; uiias & Sydera monſtrent

Hic locus admonet nullius ſcienſie ignarum opor-  
tere eſſe Poetam, nam præter alias diſciplinas hic  
quoq; ſcientiam aſtrorum motus & cursus Syderum  
& naturæ totius arcaña doceri à Muſis cupit, quas  
illum pulchre ab illis ipſis edoc̄tum fuſſe, non hic tan-  
tum locus argumento eſt, ſed ſexcenti alijs quoq;.

Sic Ouidius Faſtorum lib. primo.

Felices animæ quibus hæc cognoscere prium

Inq; domos ſuperas ſcandere cura fiuit

Credibile eſt illos pariter uicijsq; locis

Altius humanis exeruiſſe caput

## ANNOT. EOBANI HES.

Non Venus & uinum sublimia pectora fregit  
Officiumq; fori militieq; labor  
Nec leuis ambitio perfusa gloria fuso  
Magnarum ue fames sollicitauit opum  
Admouere oculis distantia sydera nostris  
Aetheraq; ingenio supposuere suo.

Vnde tremor terris, qua ui m. alta. rr.

Rationem terræ motuum reddit Plinius lib. 2. ca.  
28. Et deinceps aliquot.

Idem eodem libro qua ratione mare accedat ac  
recedat cap. 99.

Quid tantum Oceano prop. s. t. s.  
Hyberni uel quæ tardis. m. n. o.

Hos duos uersus ponit etiam in primo Aeneidos.  
Reliqua usq; ad finem libri lectu quidem iucundissi-  
ma sunt, sed adnotatione non carent.

## IN TERTI=

### VM GEORG. ANNOTA- TIONES.

Te quoq; magna Pales & te mem. can.  
Pastor ab Amphryso &c.

T' Eratiam partem generalis propositionis exequi  
tur, qua dixerat

Qne

IN VIRGIL. GEORG.

Quæ cura boum, quis cultus habendo sit pecori

Pales Dea pastorum & pabulorum habita, à Romanis sanctissime semper culta, ut quoniā initium à pastoribus profectum, diem illum quo urbs eorum primum cōdi cœpta est, huic deæ sacrum habuerint, & Palilia, & postea corrupto uocabulo Parilia uocarint, qui natalis esset urbis Romæ, quem celebrarunt n. CAL. Maij, quo Palicium sydus oriebatur, ut scribit Plinius libro 18. capit. 22. Hoc festū Palilia, & natalem urbis Romæ, multis uerbis describit Ouid. lib. Faistorum quarto.

Pastor ab Amphryso

Fabulantur Poetæ Apollinem ob intersectos Cy-  
clopas diuinitate à Ioue priuatum, armentu Admeti  
Regis Thessalæ apud Amphrysum amnem pauisse.  
Ouid. Met. libro 2.

Verum Macrobius libro Satur. primo, capit. 17.  
Apollinem γόμιον, id est, pastoralem uocatum dicit, non ab officio pastoriali, ut habeat fabula, sed quia Sol pascat omnia quæ terra progenerat, unde non unius generis, sed omnium pecorum pastor canitur ut apud Homerum Neptuno dicente.

Φοίβε σὺ Λέιλι πολλας ἔλικας δους έρκολιέ  
εσκες.

Phœbe boues tu curuigrados per pascua seruas.

ANNOT. EOBAN. HES.

Quis aut Eurysthea durum?

Aut illaudati nescit Busiridis aras.

Defendit hunc locum à calunnia Gellius noctiū  
suarum libro 2 cap. 6. contra grammaticorum quo  
rundam opinionem, qui reprehenderint Virgilium,  
quod uerbo hoc illaudatus, abiecte usus sit. Quod et  
ipsum unum est de furiis Macrobianis, nam in conui  
morum suorum librum sextum huc locum translatu  
tacito, ut solet, authoris nomine.

Prim. ego in patriā meū mod. uit. sup.

Gellius lib. primo. cap. 22. uersum hunc citans,  
Videtur, inquit, hoc loco Virgilius ἀκογότερος, id  
est, minus proprio uerbo usus, quod superstit dixit,  
pro longinquus diuitiisq; adsit. Illud contra eiusdem  
Virgilij est aliquanto probabilius.

Florentesq; secant herbas fluiosq; ministrant  
Farraq; ne blando nequeant superesse labori

Significat enim supra laborem esse, neq; opprimit  
labore &c.

Primus Idumæas referā tibi Mant. pal.

Sic Lucretius.

Ania Pieridum peragro loca nullius ante

Trita solo, iuuat integros accedere fontes

Atq; meo caputi uiridem legere inde coronam &c.

Quem Poetam, quia Maro in plerisq; alijs quoq;

neu

IN VIRGIL. GEORG.

no est deditus imitari, sic in hoc quoq; opinor lo-  
co illum & item alios quosdam secutus, superbit non  
nihil, & suo iure nec ultra modestus laudem, & est  
in hoc loco mira & uerborum & sententiarum ele-  
gantia, que omnia diligenter intuenti non possunt  
non patere. Palma, quod pro uictoria ponatur, natu-  
ra arboris facit, que contra omnia imposita ponde-  
ra, quamvis grauia, sursum nititur, vide Plin. lib. 13.  
cap. 4. Gellium lib. 3. cap. 6.

Seu quis Olymp. miratus præmia pal.

De Origine ac dignitate rei pecuarie, uideto  
Varronem de re Rustica lib. 2. cap. 1. Columella ue-  
ro libro 7. in præfatione sic scribit. In rusticatione  
uel antiquissima est ratio pascendi, eademq; questu  
osissima, propter quod nomina quoq; pecuniae & pe-  
culij, tracta uidentur à pecore, quod non solum ua-  
teres possederunt, sed adhuc apud quasdam gentes  
unum hoc usurpatur diuitiarum genus, & ne apud  
noscet quidem colonos alia res superior, ut M. Cato  
credidit, qui consulenti quam partem rei Rusticæ ex-  
ercendo celeriter locupletari posset, respondit, si be-  
ne pasceret, plura in hanc sententiam, & Plin. libro  
18. capit. 3.

Optima toruæ, forma bouis.

Qua forma boues legendi sint, copiose docet,  
præter hunc, Varro lib. 2. cap. 5.

ANNO T. EOBANI HES.

Columella libro 7. cap. 1.

Palladius lib. 4. cap. 11.

Plinius libro 8. cap. 45.

Vnius Columellae uerba, quia cū sententia Poetæ maxime concordant, adscribentur. Ea sunt. Parandi sunt boues nouelli, quadrati, grandes mēbris, cornibus proceris ac migrantibus & robustis, fronte lata & crissa, hurtis auribus, oculis & labris nigris, naribus resimis patulisq; , ceruice longa & torosa, palearibus amplis, & penè ad genua promissis, pe-ctore magno, armis uastis, capaci ac tanq; impleenti utero, lumbis latis, dorso recto planoq; , uel etiā sub fidente, clunibus rotundis, cruribus compactis arre-ctisq; , sed breuioribus potius quam longis, nec geni- bus improbis, ungulis magnis, caudis longissimis, & setosis, pilosisq; , corpore denso breuiq; , colore rubro uel fuso, tactu corporis mollissimo &c.

Nec nō & pecori est idē delectus equino.

Plinius libro 8. cap. 42. Forma equorum, inquit, quales maxime eligi oporteat, pulcherrime quidem Virgilio uate absoluta est. Sed & nos diximus in libro de iaculatione equestri condito, & ferē inter omnes constare video.

Varro libro 2. cap. 7. Colu. lib. 7. cap. 27.

Palladius libro 4. cap. 13.

Hone

IN VIRGIL. GEORG.

Honesti spadices glauciç color deter. al.

De coloribus equorum præter supradictos, vide Gelliu lib. 2. cap. 25. & libro 3. cap. 9. Vbi de colorum differentia quædam, sed plura apud Nonium Marcellum.

Spadica, Coccinum, Phœnicum, rutilum pro eo dem exuberantiam quandam splendoremq; ruboris significare dicunt Gellius, Nonius, & alij quidam.

Tum si qua sonum procul arma dedere.

Verba Columelle ex capite paulo ante citato sunt, Cum natus est pullus, confessim licet indolem existi mare, si hilaris, si intrepidus, si neq; conspectu nouæq; rei auditu terretur, si ante gregem procuerit, si lascivia & alacritate interdum & cursu certaminis æquales exuperat, si fossam sine cunctatione transilit, pontem flumenq; transcendent, hæc erunt honesti animi documenta. Inde pluribus quali forma debeat esse exponit, que apud ipsum legere uolenti licet, qui locus sit indicatus.

Nobilium equorum exempla quædam suo more ponit Plinius lib. 8. cap. 42. Sicut & hic.

Talis Amyclæi domitus Pollucis habent.

Pollucem hoc loco pro fratre Castore ponit, quem equitem fuisse legimus, sicut Pollucem pugilem, Cyllarus equus Castoris fuit, à uelocitate dictus. Equum

ANNOT. EOBANI HES.

rum Martis sape meminit Homerus, ut Iliad. &c. & alibi, sicut & Achillis equorum nomina quoque ponit Iliad. 15. quae sunt Xanthus, Balus, Pegasus, quem imitatus hic in 12. Aeneid. de Equis Turni & Martis. Nam uersum etiam integrum Homerius ex 10 Iliad. ponit. Λευκότεροι χιόνος δέσιν οὐδέμποτε οὔμοῖοι  
**Quod** Homerus de equis Rhœsi, hic de Turni dicit.  
**Qui** candore niues anteirent cursibus auras

Superuacaneum est adnotare, quae de Hectoris quoque equis Xanto, Podarge, Aethone, & Lampo idem scribit Iliad. 8. &c. nisi quod hoc loco insignium equorum nomina erant referenda, de quibus supra indicaui: nus locum Plinij. Porro Poetis fabulosa miscere moris est, ut hoc quoque, quod de Saturno in equum mutato aduentu coniugis, sequitur, cuius meminit Ovid. & Met.

Frena Pelethonii Lapithæ girosque ded. Impositi dorso, atque equite doc. sub armis

Aul. Gellius lib. 18. cap. 5. scribit hoc loco Virgilium equitem non pro homine equo insidente, sed pro ipso equo posuisse. In eoque secutum esse Ennium qui dicat. Denique si magna quadrupes eques atque elephanti Projectunt se. Deinde adducens hos uersus tres, Frena Pelethonij &c. In quo loco, inquit, equitem, si quis modo non inscite, inceptaque argutior sit, nihil

IN VIRGIL. GEORG.

nihil potest aliud accipi, nisi equus. Pleraque enim veterum etas, et hominem equo insidentem, et equum qui insideretur, equitem dixerunt. Propterea equitare etiam, quod uerbum est uocabulo equitis inclinatum est, et homo equo utens, et equus sub homine gravidens dicebatur. Lucilius adeo utr apprime linguae latine sciens, equum equitare dicit his uersibus.

Quaeis hinc currere equum, uos atque equitare uidemus  
His equitat curritque, oculis equitare uidemus  
Ergo oculis equitat est.

Sublegit hunc locum Macrobius in librum Saturnium suorum sextum, ut est auctorum omnium fere focus, quemadmodum ait Erasmus.

Equo uehi Bellerophonem inuenisse, Frena et strata equorum Pelethonium

Pugnare ex equo Thessalos, qui Centauri uocantur.  
Bigas primum iunxit nationem Phrygium.

Quadrigas Erichionium scribit Plinius lib. 7. ea. 56.

Neptunique ipsa deducat origine gentem

Existimat Seruus referendum hoc esse ad equum illum, quem Neptuno fudit magno tellus percussa tridenti. Verum haud scio an possit etiam ad equorum Neptuni genus referri, quorum mentionem facit Homerus Iliad. 13. quos auricomos et acripides uocat.

Denso distendere pingui.

R

ANNOT. EOBANI HES.

Columel. lib. 7. cap. 25. *Eo tempore, inquit, quo  
hocatur à foeminiis, roborandus est largo cibo, appro-  
pinquante ucre hordeo, cruoq; saginandus, ut Vene-  
ri supersit, quantoq; fortior interit firmiora semina  
præbeat futuræ stirpi. Quod & Poeta ait, Ne blan-  
do nequeant superesse labore : quem locum supra  
quoq; citauimus, sed rattone alia, ibi, Primum ego in  
patriam &c.*

Rursus cura patrū cadere & succed. m.

Incipit &c.

Varro libro 2. capit. 7. *Cum conceperint, in-  
quit, equæ, uidendum ne laborent plusculum, aut ne  
frigidis sint locis, quod algor maxime prægnantia-  
bus obest. Et paulo post.*

*Prægnantē neq; impleri cibo, neq; esurire oportet.  
Colu. lib. 7. cap. 25. Major prægnantibus adhiben-  
da cura est, largoq; pascuo firmandæ, quod si frigore  
hyemis herbæ defecerint, tecto conineantur, ac neq;  
cursu, neq; labore exerceantur &c.*

Palladius lib. 4. cap. 13. *Grauidæ non urgeantur,  
nec samem frigusq; tolerent, nec inter se loci compri-  
mantur angustijs.*

Post partū cura ir. uitulos traducitur oīs

*De uitulorum cura, uide Colum. lib. 7. cap. 22.  
23. 24. &c. Varronem libro 2. cap. 5.*

Tu quoq;

IN VIRGIL. GEORG.

Tu quos ad studiū atq; usum form. agr.

De bobus domandis, vide Colum. lib. 7. ca. 2.

Palladium lib. 4. cap. 12.

Primus equi labor est aīos, atq; ar. uid.

Bellantū, lituosq; pati &c.

Varro lib. 2. cap. 7. scribit, frenos circa equos nondum domitos esse suspendendos, ut oculi consuecant, & uidere eorum faciem, & è motu audire crepitus. Et paulo post.

Sunt qui dicant post annum & sex menses domari equuleū posse, sed melius post trimū, à quo tempore farrago dari solet.

Sed nō ulla magis uires industria fir.  
Quā Venerē & cæci stimul. auer. amoris

Hoc præceptum nequaqueā de bruis tantum intelligendū est, pertinet enim ad hominem quoq;, & uolenti integrum corporis robur, uacemq; ac uegetam naturam, prætereaq; diuiniorem iuentutis florem conseruare, una uoce, & uerissima, Medici omnes præcipiunt, Veneris nimium usum, non secus ac deterrimam & præsens exilium afferentem pestem fugiendum esse, iuxta ac uini: de quo paulo ante diximus. Quo in loco iterū aperi se latissimus ex currendi campus, nisi tamduam satis excursionum

ANNOT. EOBANI HES.

esse existimarem, et haec notiora sint, quam obserua-  
ta pluribus imo ferè omnibus. Tantum hoc addam,  
quos de conservanda sanitate nos scripsimus.

Quæritis an Veneri liceat parere uocanti

Hic quoq; erit certus sicut ubiq; modus  
Multa Venus uires exhaustit, spiritibusq;

Noxia, consumit corpora mille modis  
Rara leuat corpusq; iuuat Venus, optima uita est

Quæ nec casta nimis, nec nimis est petulans  
At tu cui studij flores fructusq; petuntur

Si possis Venerem spernere, sanus eris

Scilicet ante oés furor ē insignis equar.

Citatur hic locus à Columella libro 7. cap. 25. ubi  
de equis mentionem faciens, inter alia sic quoq;, Id  
maxime, inquit, armentum si prohibeas libidinis exti-  
mulatur furijs, unde etiam ueneno id inditum est no-  
men iω ωδμωνες, quod equine Cupidini similem  
mortali bus amorem accendant. Nec dubium, quin  
aliquot regionibus tacito flagrent ardore coeundi fe-  
mine, ut etiam si mare non habeant assidua et mi-  
mia cupiditate figurantes sibi ipse uenerem cohorta-  
lium more aurum uento concipiant. Cum su notissi-  
mum etiam sacro monte Hispaniae, qui procurrit in  
Occidentem iuxta Oceanum frequenter equas sine  
contu uentum pertulisse, factumq; educasse &c.

Testas

# IN VIRGIL. GEORG.

Testatur idem Plin. lib. 4. cap. 22.

Idem libro 8. cap. 42. sic scribit, Constat in Lusitania circa Ulyssipponem & Tagū annem equas Faunio flante obuersas animalem concipere spiritum, idq; partum fieri, & gigni perniciſum ita, sed triennum non excedere.

Aristoteles quoq; de natura animalium libro 6.  
cap. 22. interprete Theodoro sic ait.

Salacſimum omnium cum marium tum fæminarum equis est, homine excepto &c. Et paulo post, fæmina quādī uuit, initur, nec ullū certum tempus libidinem auferit. &c. Idem libro eodem cap. 18.

Horatius memini: primo carmīnum. Quæ solet matres furiare equorum &c.

Hinc demū Hippom. uero quod noīe di-

Aristoteles de natura animalium lib. 6. cap. 22.  
sic interprete Gaza scribit, Cū equa peperit, statim secundas deuorat, atq; quod pulli nascentis fronti ad hæret, Hippomanes dictum magnitudine minus Cara, parua specie laciſculū, orbiculatum, nigrum: hoc si quis prærupto odorem moueat, equa excitatur, furitq; eo aguito odore, qua propter id à ueneficis petitur & præripitur mulierculis.

Vide Erasmus in proverbio ἡ τῷ μαγεῖν

Plinius uero lib. 8. cap. 42. Et sane, inquit, pro-

ANNOT EOBANI HES.

ditur equis amoris innasci ueneficium hippomanes appellatum in fronte, caricae magnitudine, colore nigro, quod statim edito partu deuorat foeta, aut partu ad ubera non admittit, si quis præcepit habeat.

Idem lib. 28. cap. 10. Hippomanes, inquit, tantas in ueneficio uires habet, ut affusum aeris mixturæ in effigiem equæ Olympiæ admotos mares, equos ad rabiem collus agat.

De hoc item interpres Dioscoridis libro 3. cap. 72. Theocruus Idyllo. 6. dicit esse plantam in Arcadia nascentem, his uerbis.

ἵππομανὲς φυτόν τοι πάρε' ἀρκάσι θεὸς λέπι  
ἐπιτάσσει

καὶ τῶλι μαίγονται αὐτῷ ἔργα καὶ βοσκοὶ πάποι

Quod ita uerimus.

Nascitur Hippomanes in montibus Arcadiæ oræ Herba nocens, quo tora armenta mouentur equarū In furiis, rabidiq; feruntur in aucta pulli

Ouidius in Arte, libro secundo.

Fallitur Aemonias si quis decurrat ad artes

Datiq; quod à teneri fronte reuellet equi.

τεῖχος Φρασικῶς Hippomanes significans.

Iuuenalis Satyra 6.

Hippomanes carmenq; loquor coctumq; uenenum  
Pringnoq; datum &c.

De hoc

EN VIRGIL. GEORG.

De hoc ueneno uerba Columelle supra posuimus  
scilicet Ante omnes &c.

Hoc satis armentis superat pars alt. curæ  
Propositio est sequentis tractatus, qui de ouibus est  
futurus, qua hic quoq; ut alibi ceu in parte narratio  
nis breui uitior interfatione, ostendens, & de quibus  
dixerit, & dicturus sit, que ad hoc ualeat (ut ait Fabi  
us) ut & priorum fine reficiatur Lector, & uelut ad  
nouum rursus se se comparet iniuum.

Nec sum animi dub. uerb.ea uin. mag.  
Quam sit &c.

Totus locus ex Lucretio sumptus est, sed excul-  
tu, ut omnia fermè hic Poeta, que ab alijs sumit, me  
liora facit, atq; adeo in suam possessionem uendicat,  
sibiq; adserit, ut ne repetere quidem, quibus ademitt  
audeant, & suppudeat tanquam sua agnoscere. Lu-  
cretius libro primo sic ait.

Nec mi animi fallit, quam sint obscura, sed acri  
Percusit thyro laudis spes magna meum cor  
Et simul incusit suauem mi in pectus amorem  
Musarum quo nunc insinclus mente uigenti  
Aua Pieridum peragro loca. Vide supra pri. Idum-

Et quia dixerat, Hic labor, hinc laudem fortis sp-  
coloni, & magno nunc ore sonandum, quibus uer-  
bis ostendit, difficilius esse de ouibus quam alijs ar-

ANNOT. EOBANI HES.

mentis scribere, quia magnum sit angustis rebus honorem addere, ut infra de Apibus quoq;. Ideo uelut in medio opere utilit etiam inuocatione. Nunc ueneranda pales &c. Quod ex Horatius præcipit, nec Deus interfit, nisi dignus uidice nodus incidet &c. Hoc non adnotassem, nisi uel semel ostendere uoluisssem huiuscmodi minuta quedam multa de industria præterire me, ex potuisse, si omnia istiusmodi prose qui uoluisssem, ingentes commentarios comportare. Aliud est enim exponentis Poetam, aliud locos dum taxat quosdam sparsim adnotantis officium. Nec ego hunc laborem mihi in hoc desumpsi, ut in figuris uerborum ac sententiarum, passim occurribus, tum periodis, commatis, ac quicquid est id genus elocutionis ornamentis, tum fabularum expositionibus, plus quam opus esset adnotationes scribenti haeretem occupatus. Talc quid igitur si forte desyderetur, alicubi ex hoc nunc loco calumniam deprecatus sim.

Incipiens stabulis edico in mol. herbam  
Carpere oues &c.

Apud ueteres tanta fuit existimatio utilitatis, qua ab oculo pecore proueniebat, ut illustriſſimos quosq; pastores eius. Greci πῦς τολυάρνας καὶ πῦς τολυμῆλοις ab abundantia agnorum ac ouium nominarint. Ipsasq; oues propter caritatem & excellen-  
tiam

## IN VIRGIL. GEORG.

nam, aurea habuisse uellera, ut ait Varro, prodiderunt. Vnde & mala aurea Hesperidum & uellus Auren in Colchide ab Argonautis Heroibus tot omnia seculorum memoria celebratū, nam & ouem & malum græci Τόμαλον uocant.

De ouibus, earumq; forma ac passione & foetura, uidet o Varronem rerum Rusticarum lib. 2. cap. 2.

Multo copiosius de his, ut solet omnia, Columela differit libro s. cap. 2. 3. 4. 5.

De his item Palladius aliquot locis, nam is, ut omnium aliarū rerum singulas curarum partes singulis mensibus tribuit. Nam locis calidis, inquit, mense Aprili tondantur oves, & serotini foetus signentur li. 5. ca. 7. Idem libro 6. cap. 8. hoc est Mense Maio tonderi precipit locis temperatis. Ibidē docet quomodo tonsae unguendae sint. Infra uero lib. 13. cap. 13. hoc est Mense Nouembri. cap. 13. de ordine pascendi, uide pulchra quædam &c.

Plinius item libro s. cap. 47.

Aristoteles de nat. animalium lib. 6. cap. 19.  
Posthinc digressus iubeo frōn. capris

De capris incipit dicere, de quarum cura etiādem fere locis, quibus iam de capris dictum est, legi multa possunt, quas dicit Pœta non minore cura quam oves habendas esse, quando & tantundem fere emolumenti ab illis capere posse uita humana, que quo

R. 5

ANNOT. EOBANI HES.

niam ab ipso Poeta cōmodius , quam ab ullo dici pos-  
sint, exponuntur, non libebat nominatim recensere,  
ne ab amoenissimo Poete loco lectorem uelut abstra-  
here uoluisse uiderer.

Et ros in tenera pecori grauissim herba

Pal. lib. 13. cap. 13. Aestiuis mensibus, inquit, pa-  
scantur sub locis, initio cū graminis teneri suauitatem  
roris mixtura cōmendat. Eadē ferē Colu. & Varro.

Quid tibi pastores Libyæ , quid pas. uer.

Prosequar &c.

Et hic uelut leuandi fastidij legentis gratia , in a-  
mœniorem locū digreditur . Est enim hæc ēκτασις  
huic Poete in his libris alioqui rerum difficultate ,  
uelut laboriosis penè familiaris, ut supra quoq; indi-  
cauimus , in commemoratione auret seculi, Zonarū,  
& Antipodum. Malī persici, laudis Italie, uitæ Russi-  
æ, ui & effētu amoris : ita nunc in descriptionem  
pastionis Libyæ , & à contrario etiam Scythicæ di-  
greditur, quam extendit usq; ad illum uersum

Si tibi laniciū curæ primū aspera sylua  
Lappæq; tribuliq; absint &c.

Columella libro 8. cap. 3. adducens hunc locum  
sic scribit, Sequeris autem noualitā non solum herbi-  
da, sed que plerunq; uidua sint spinis.

Vtamur saepius auctoritate diuini carminis.  
Si ubi

IN VIRGIL. GEORG.

Si tibi lanicum curæ primum aspera sylua  
Lappæq; tribuliq; absint, quoniam ea res, ut ait idē,  
Scabras reddit oves. Cū tonsis illotus adhæsit Sudor,  
Et hirsuti secuerunt corpora uesper e&c.

Puniciæ agitant pauidos formidine  
pennæ

Ne hunc quidem locum adnotaturus eram, nisi  
animaduerterem quorundam prauo iudicio fieri, ut  
qui aliquod scriptorum quantumvis humilium ge-  
nus uel sponte neglexerit, uel non legerit, hic statim  
uel maligne præstutisse, quod sit pollitus, uel ea,  
quæ non intelligat præter re existimetur. Ob eam  
rem, quia futuros metuebam, qui cum scirent hunc  
locum à Celio adnotatum, me calumniarentur, uel  
non uidisse scriptorem illum, uel locum mihi non in-  
telleclum, quasi dissimulanter transfisse, significan-  
dum hoc dunt axat existimabam, locum esse à Celio  
adnotatum, libro nono capite undecimo. Quem ta-  
men scriptorem, si pluris facerem, citarem fortasse  
crebrius. Non quia erudo scriptori quicquam de-  
traham, sed quia affectatissima cruditionis ostentatio  
non potest, non haberis suspecta.

Illum autem quamuis aries sit candidus  
ipse.

Colum. lib. 8. cap. 3. uerba hæc sunt.

ANNOT. EOB AN. HES.

Non solum caratio est probandi arietis, si uellere  
candido uestitur, sed etiam si palatum atq; lingua cō  
color lanæ est: nam cum hæ partes corporis nigrae  
aut maculosæ sunt, pulla uel etiam uaria nascitur pro  
les. Idq; eximic inter cætera talibus numeris signifi  
cavit, idem qui supra.

Illum autem quamuis aries sit candidus ipse  
Rejice ne maculis infuseat corpora pullis  
Nascentum. Et plura deinceps

Idem scribit Varro lib. 2. cap. 2. his uerbis. An  
maduertendum quoq; lingua, ne uaria aut nigra sit,  
quod ferè qui eam habent aut nigros aut uarios pro  
creant agnos.

Plini uero lib. 8. cap. 47. de ouibus loquens, In  
eo, inquit, genere arietum maxime ora spectantur.  
Quia cutis coloris sub lingua habuere uenas, eius et  
lanuum est in foetu, uariumq; si plures fuere, et mu  
tatio aquarum potusq; uariat et c.

Aristoteles quoq; de natura animalium libro 6.  
cap. 19. de ouibus loquens in hunc modum scribit.  
Candidi nigriue efficiuntur foetus, si sub lingua arie  
tis uenæ nigrae aut candidæ habentur, cuius enim co  
loris sunt uenæ, eiusdem et uellus est, harum etiam  
si plures uenarum colores sunt.

At cui lactis amor. &c.

De

# IN VIRGIL. GEORG.

De pastione ouium plura uidet apud Varr. lib.  
bro 2. cap. 2.

Columella item lib. 8. cap. 3. inter alia sic. Nec  
tamen ulla sunt tam blanda pabula, aut etiam pascua,  
quorum gratia non exolescat usu continuo, nisi pecu-  
dum fastidio pastor occurrerit prebita sale, quod ue-  
lut ad pabuli condimentum per astatem canalibus le-  
gneis impositum, cum e pastu redierunt oves lambunt,  
atq; eo sapore cupidinem bibendi, pascendiq; conci-  
piunt.

Palladius in Mense Nouembri, id est lib. 13. de ca-  
dem re sic scribit, Salis crebra respersio uel pascuis  
mixta, uel canalibus frequenter oblata, debet pecoris  
leuare fastidium.

Porro, ut hoc obiter admoneam de lactiū generi  
bus & differentijs plura scribuntur ab Dioscoride,  
lib. 2. cap. 52. ibi lectu dignissima, quæ in id caput  
ab interprete Marcello afferuntur. Sicut & de Lanis  
idem paulopost cap. 65.

Varro item lib. 2. cap. ultimo, de lacte, caseo,  
& Lanascitu digna permulta.

Columella quoq; Lactis & casei commendationē  
habet lib. 8. cap. 2. Sicut & Plin. lib. 11. cap. 41.  
& alibi. Notum est illud ex Bucolico, Lac mihi nō  
estate nouum &c. Vide item supra, Si tibi lanice-  
nunc cura &c.

ANNOT. EOBANI HE 8.

Nec tibi cura canum fuerit postrema

Varro rerum Rust. lib. 2. cap. 9. *Canis, inquit, custos est pecoris. In quo genere sunt maxime oves, deinde caprae. Has enim lupus captare solet, cui opponimus canes defensores.*

Plurima de canibus legitio apud Columellā libro 8. capit. 12. ad hoc maxime propositum, nempe ad curam rei rusticæ pertinētia. Nam quæ alioqui de generibus, differentijs naturis, miraculis item, & id genus canum dici possunt, quis non merito rideat, si in hunc locum conijectam.

Disce & odoratā stabulis accende cedrū  
Galbaneoq; agitare graues nid. chelyd.

Columelli libro octauo, cap. 4. sic scribit. *Stabula uero frequenter euerenda & purganda, humorq; omnis urinæ deuehendus est, qui commodissime siccatur perforatis tabulis, quibus ouilia construuntur, ut grex supercubet. Nec tantum ceno aut stercore, sed exitiosis quoq; serpentibus tecta liberentur, quod ut fiat*

Disce & odoratam ex c. Nam hos uersus ordine adducit, deinde subiicit. Vel ne istud cum periculo facere necesse sit, muliebres capillos, aut ceruina sepius ure cornua, quorum odor maxime non patitur  
stabua

IN VIRGIL. GEORG.

stabulis p̄dictam pestem consistere &c.

Plinius lib. 12. capit. 25. Galbanum syncerum,  
inquit, si uratur, fugat nidore serpentes.

Idem lib. 24. capit. 5. Cedri scobe fugari serpen-  
tes certum est.

Palladius libro 13. Tribus per annum totum die-  
bus aprico die lotas oves oleo ungere oportebit, &  
vino propter serpentes, qui plerunq; sub prescrip-  
tus latent, Cedrum uel Galbanum, uel mulieris ca-  
pillos, aut ceruina cornua frequenter uramus.

Morborum quoq; te cauſtas & signado  
cebo.

Totum hunc locum copioſe non minus, quam di-  
ligenter prosequitur Columel. libro 8. cap. 3.

Hunc uersum Columella in hortis sic est imita-  
tus.

Hortorum quoq; te cultus syluine docebo.

Dum medicas adhibere manus &c.

Locus moralis, nihil à Dijs petendum octosis, his  
enim non sunt proprij, quemadmodum ait Salu-  
stius.

Ne scabre fiant oves remedium uideto apud Ca-  
tonem cap. 96.

Tum sciat aerias Alpes, & norica si quis  
Scruui narrans hunc locum, huiusmodi quæpiam

ANNOT. EOBANI HE S.

adserit, cum tempore quodam solito plus Nilus inundasset, ac multo tempore constitisset in planis Aegypti, ea aqua calore, que in ea regione maxima est cocto limo in aqua palustri plurimæ species animalium enatæ sunt, quæ redeunte in suum alueum, fluvio in sicco destituto, eoq; putrescentia totam regionem corrupto ex cadaverum foetore aere pestilentia infecere. Quā Auster uentus ex Aegypto primū in Atticam, & inde in maris Adriatici finitima uenientia, Illyricum uicinaq; his loca deuexit. Hactenus Seruij sensum, nō uerba retulimus. Sed addit, hanc pestilētiā ordinē, quo diximus, plenissime Lucretius ex equitur. Locus uero quem his uerbis indicat Serutius est in 6. Lucretij usq; ad finem pluribus multo uersibus, quam qui huc adscribi uel possint uel debeant, uolenti legere locum indicauit, uel ob hoc ipsum lectu non indignum, quod dignum duxerit hic tantus Poeta, quem imitaretur. Similem quandam pestilētiā describit, & Hippocrates Medicus Epidemiarum libro tertio.

Ouidius quoq; mirabili, ut omnia, copia similem pestilentiam describit libro 7. Metamorph. Sed & Manilius libro primo Astronomicon.

Tempore nō alio memorāt region. illis  
Quæsitas ad sacra boues Iunonis &c.

Ad hts

# IN VIRGIL. GEORG.

Ad historiam alludit, quam scribit Valerius libro  
5. cap. 4. de fratribus Bytone & Cleobi Argiuis, qui  
matrem sacerdotem ad lunonis templum cum dees-  
sentibus, ipsi currum subeuntes pertraxerunt. Præ-  
ter Valerium scribit hanc historiam Cicero prima  
Tusculanarum, circa finem, Solinus item in descrip-  
tione Siciliæ. Herodotus libro primo, extat de his  
fratribus elegans Claudiani Epigrāma huiuscmodi  
Si uetus Argolicos illustrat gloria fratres

Qui suā materno colla dedere iugo  
Cur non Amphimomo, cur non tibi fortis Onapi  
Aeternum Sīculus templū dicauit honor?

Poterat sane locus hic, descriptionem pestilentie  
continens, si commentario fuisse explicandus, uel  
solus instar libri occupare, adeo est non uerborum  
modo, uerum etiam rerum ex media philosophia  
sumptuarum copia, gratia ac elegantia plenus, uerum  
nos hic quoq; quod alibi ueruti, ac nihil preter  
adnotationum, atq; earum sane quam  
mediocritum, nomen affectantes,  
ista omnia uel loco uel in-  
genio alijs reliqua  
mus.

ANNO T. EOBANI HES.

# IN QVAR<sup>=</sup>

TVM LIBRVM GEORGICO-

RVM, ANNOT.

Protinus aerii mellis cœlestia dona  
Exequar, hanc etiam Meccenas asp. par.

**Q**uart pars est principalis propositionis, in  
qua de apibus & melle scripturus, insinuatio-  
ne utitur. Dicit enim de rebus paruis ac leui-  
bus maxima se & admiranda dicturum, quæ res at-  
tentum in primis auditorem ac lectorem facit. Et uix  
ulla in parte alia uel pluribus uel melioribus utitur  
translationibus. Nempe ceu Rempublicā quandā &  
Monarchian apū statuens, Reges ipsis, castra, præto-  
ria, urbes, populos, mores, studia, & bella assignat.  
Quæ oīa sic ubiq; exequitur, ut nusquam nō memor  
pulcherrimaru translationum à proposito excidat:  
adeoq; elegāter, adeo uenuste hanc apum Remp. de-  
pingit, ut uel unico hoc libro satis immortale, ingenij  
lumen ac diuinitatem optimus Poeta ostendere potue-  
rit, si nihil etiam aliorū & didisset. In hanc quoq; pat-  
tē annotationes paucas adiecimus, atq; eas eo breuio-  
res, quo copiosius est hæc materia à diuersis scripto-  
ribus,

## IN VIRGIL. GEORG.

ribus tractata, querū pauci tamen admodum nobis uisi sunt: qui igitur in manus nostras peruenire potuerunt, de Apibus scribentes, hi ferme sunt.

Plinius nat. hist. lib. 11. cap. 5. & sequentibus aliquot.

Varro de re Rustica, lib. 3. cap. 16.

Columella lib. 10. à cap. 11. usq; ad finem lib.

Palladius libro primo cap. 37.

Idem lib. 5. cap. 8.

Aristoteles de naturis animalium, libro 5. capite

21. & 22.

Si quem numina lœua sinunt &c.

Citat & exponit hunc locum Aul. Gellius nocti  
um Atticarum libro 5. cap. 12.

Principio sedes apibus statioq; petenda  
Quo neq; sit uentis aditus &c.

Col. lib. 10. cap. 11. Venio nunc, inquit, ad alueorū  
curam, de quibus neq; quicquam diligentius præcipi  
potest, quam ab Higino iam dictū est, nec ornatius q; à  
Virgilio, nec elegantius quam Celso. Higinus ueterē  
authorum placita secretis dispersa monumentis indu  
strie colligit. Virgilius Poeticis floribus illuminauit.  
Celsus utriusq; memorati adhibuit modum.

Idem paulo infra cap. 4. Apibus destinari den  
bent pabulationes secretissime, & ut noster Maro

ANNOT. EOBANI HES.

præcipit, viduae pecudibus aprico, et minime procelloso cœli statu, quo neq; sit uentis aditus &c.

Idem infra cap. 5. Sedes apibus collocanda est, contra brumalem meridiem, procul à tumultu ac cœtu hominum ac pecudum, nec calido loco, nec frigido, nam utroq; infestantur.

Et quæ deinceps subdit, In quibus non tam ipse de apibus scribere, quam Virgilum uidetur exponere, eamq; ob rem omnia ista consulto relinquimus.

Sed quoniam à Varrone plurima apiarie rei uocabula ponuntur, ea fortasse nō fuerit ab re, in usum studiosorum in hunc locum coniūcere.

Nam cum natura, ut idem scriptor ait, plurimum apibus ingenij et artis dederit, opere preium quoq; est eius tam ingeniosæ artis uocabula, et opera non omnino ignorare, quæ non ex Varrone modo, uerum etiam ex Plinio et Aulo Gellio adducemus. Primi omnium

Quos græci uocant μελισσος ἢ μελίτον, Latine dici possunt aluearia, seu potius Apiaria ab apibus enim, quæ græce μελισσαι dicuntur: et dem uocant et μελιτρόφια, quæ latine dici possunt Mellaria. Sunt autem aluearia, quos et alueos hocant, et aluos, domuncule, in quibus uel coniūciant

IN VIRGIL. GEORG.

ficiunt apes: vide Varronem lib. cap. 16. & Gellium libro 3. cap. 20.

Apiarium proprius locus dicitur, in quo sunt  
alvei apum.

μελισσός, pastor apum

μελιτρυγός, qui mel conficit siue exercet

μελισσόφυλλον, Apiastrum herba, uulgo bimen  
Fraut.

Fauus est, quem fingunt cauatum è cera, de quo  
vide Plin. libro 11. cap. 14. Varro.

Domum in fauo faciunt apes sex angulis, id est,  
totidem quot habent pedes, quod Geometræ hexa-  
gonon fieri in orbe rotundo ostendunt. Plin. Varro.

Prima operis fundamenta Metyn vocant periti.

Secunda Pissoceron. Tertia propolin.

Erythace apum cibus, quam alij Sandaracam, alij  
Cerinthum vocant. Plin. libro 11. cap. 7.

Fucus quem & furem vocant, imperfecta est apis  
& aculeo caret, serotini foetus, & quasi scrutia uca-  
tarum apum. Plin.

Vespa que similitudinem habet apis, neq; socia  
est operis, & nocere solet morsu, quam apes a se se-  
cernunt. Varro.

Quid ex quolibet genere florum, herbarum,  
& tq; arborum conficiant apes, apud iam citatos scri-

ANNOT. EOBANI HES.

ptore uidere licet cumulatissime, præcipue Plinium  
et Varronem, sed et Colunellam.

De melle uerba duntaxat Plinij adscribemus, qui  
libro 11. cap. 12.

Venit hoc, inquit, ex aere, et maxime syderum ex  
ortu, præcipueque in ipso Syrio explendente fit, nec  
omnino prius Vergiliarum exortu sub lucanis temporis  
bus. Itaque cum prima aurora solita arborum mella roscida  
inueniuntur. At si qui matutino sub diuo fuere unctas  
liquore uestes, capillumque concretum sentiunt, siue  
est ille cœli sudor, siue quædam syderum salua, siue  
purgantis se aeris succus, siue aquæ est, et purus ac  
liquidus, et siue naturæ qualis defluit primo. Nunc ue  
ro è tanta cadens altitudine, multumque dum uenuit for  
descens, et obuio terræ halitu infectus. Præterea à  
fronde ac pabulis potus, et in utriculos congestus  
apum, ore enim uomunt. Adhuc succo florum corru  
ptus, et alucis maceratus, totiesque mutatus, magnam  
tamen cœlestis naturæ uoluptatem affert. Haec tenus Pli  
nius. Quæ uerba ideo adscriptimus, quod uidentur  
maxime proprie naturam mellis describere, et ex ae  
re ipsum esse: quod Virgilius noster, omnis naturæ  
consultissimus, haud quaquam ignorauit, cum diceret.  
Aerij mellis cœlestia dona. Ideoque uel hoc Plinio lo  
co, hic Virgilianus explicatus esto.

Eadem

# IN VIRGIL. GEORG.

Eadem fermè cum Plinio prodit Aristoteles de na-  
turis animaliū lib. 5. cap. 22. Conficiunt, inquit, fa-  
uos è floribus, ceram ex lachrymis arboris, mella ex  
rore acris &c.

Superuacuum est præsertim aliud agentibus pro-  
sequi, quæ de natura mellis Hipocrates, Dioscorides,  
Galenus, & alij Medici prodiderint.

Absint & picti squallentia terga lacerti  
Pinguibus a stab. Meropesq; aliaq; uol.  
Et manibus Progne p. sc. &c.

Plin. lib. 11. cap. 18. de apibus loquens. Odere,  
inquit, fœdos odores & procul fugiunt, sed & infi-  
ctos. Itaq; unguenta redolentes infestant.

Impugnat eas naturæ eiusdē degeneres uestigia atq;  
crabrones, & è culicū genere quæ uocantur mulioes.  
Populantur hirundines, & quædā aliae aues &c.

Nota fabula est Prognen in hirundinem mutatam,  
Meropen uero auiculā auit esse, quæ latime dicatur  
Apiastra, & uescatur apibus, pallido intus colore pē-  
narum superne Cyaneo, priori subrutilo. Quo in lo-  
co Seruij errorem notat, author Cornu Copie.  
Columella item lib. 10. cap. 14. quemadmodum ab  
huiuscemodi incommodis curandæ apes sint, docet.  
Idem capit. 7. plura.

ANNO T. EOBANI HES.

Simili modo Palladius libro 5. cap. 8.

Ore ferunt dulcem nidis immitescam

Id cum de alijs avibus pullos suos , hoc cibo pa-  
scientibus tum maxime de Meropibus potest intelligi.  
Nam has produnt parentes suos in specubus recondi-  
tos sic pascere . Quod & ipsum de Ciconiis legitur.  
Idq; græcis est αὐτιπέλαξρεῖν . Sed nihil hoc ad  
præsens.

At liquidi fontes & stagna uiren . musco  
Ad sint , & tenuis fugiēs per gram . riuus  
Palmaq; uestibulū aut ingēs oleast. inū.

Hunc locum citans , ut pleraq; alia huius Poetæ  
etiam exponit satis copiose Columella libro 10. cap.  
5. & statim subdit.

Sue igitur , ut dixi , preterfluens unda , uel putea  
lis canalibus immissa fuerit , uirgis ac lapidibus agge-  
retur apum caussa .

Pontibus ut crebris possint consistere &c.

Hæc circū casiae uirides , & olentia latæ  
Serpilla , et grauiter spirantis cop. thym.

De pastione apum loquens Columella , Eadem , in  
quit , regio secunda sit fruticis exigui , & maxime  
Thymu , aut Origani , aut etiam thymbræ uel nostræ  
tis cunilæ , quam Satureiam Rustici uocant . Post hæc  
frequens ,

IN VIRGIL. GEORG.

frequens sit incrementi maioris surculus, ut Rosmarinus, & urraq; Cyathus. Item semper urens pinus, & minor ilex, & quæ sequuntur. Palladius quoq; ante memorato loco, Sit abundans, inquit, locus floribus, quos in herbis uel fruticibus, uel in arboribus procuret industria. Inde nominatim plurima ponit, que apud ipsum uidere est. Eadem Varro & Plinius.

Ipsa aut̄ seu corticibus tibi sutā cauatis  
Seu lento fuerint aluearia uimine texta  
Angustos habeant aditus etc.

Varro memorato ante loco sic scribit, Aluos alij faciunt ex uiminiis rotundas, alij ē ligno ac corticibus, alij ex arbore caua, alij fistiles, alij etiam ex ferrulis quadratas, lōgas pedes, circiter tres latas pedē. Et paulopost, Hæc omnia vocant à mellis alimonie aluos: & item paulo post, Media aluo, qua introcant apes faciunt foramina parua dextra ac sinistra &c. hoc enim dixit Poeta, Angustos habeant aditus &c.

Columella lib. 10. cap. 6. ea aluearia maxime probat ac utilissima esse dicit, quæ ex subere ac corticibus fiant, quia nec hyeme rigeant, nec æstate candeant, scilicet ferme omnes damnant &c.

Idem cap. 7. Foramina, inquit, quibus exitus &c

ANNO T. EOBANI HES.

introitus datur, angustissima esse debent, ut quam minimum frigoris admittant. Eaq; satis est, ita foramine possint capere plus unius apis incrementum. sic nec uenenatus stellio, nec obscoenum scarabei, nec papilionis genus, lucifugaeq; blattæ, ut ait Maro, per laxiora spacta ianuæ fauos populantur.

Palladius item, Alucaria, inquit, meliora sunt, que cortex formabit raptus ex subere, quia non transmittunt uim frigoris aut caloris &c.

Idem, Augustus tamen aditus admittat examina propter frigoris & caloris iniuriam &c.

Tu tamen & leui rimosa cubilia limo

Vngue, fouens circu & rar. super in. frō.

Col. lib. 10. cap. 7. Ora, inquit, quæ præbent apibus uestibula, proniora sint quam terga, ut ne influant imbræ: & si forte tamen ingressi fuerint, non immorentur, sed per aridū effluant. Propter quod conuenit alucaria porticibus super muniri. Sin aliter, latto punico frondibus illitis ad umbrari Quod tegimē cū frigore & pluvias tum æstus arcet. Nec tamen ita nocet huic generi caloris æstus, ut hyems.

Sæpe etiæ effossis, si uera est fama, lateb. Sub terra fodere larem &c.

Id Aristoteles 5. de natura animalium libro cap.

22. Apud

## IN VIRGIL. GEORG.

22. Apud Themisciram circa Thermodoōtem amnem  
apes tam in terra quam in alueis faciūt fauos, qui pa-  
rū admodū cerē contineant, & mel crassius reddant.  
Idem paulo post, Sunt etiam apes, inquit, que fauos  
sub terra triplici ordine faciant, in quibus mel est.

Plinius ibidem, ubi supra cap. 18. circa Thermo-  
doōtem, inquit, fluiū duo sunt apum genera: Alia-  
rū quae in arboribus mellificant. Aliarū quae sub ter-  
ra triplici cerarum ordine uberrimi prouentus.

Neu proprius testis taxū sine, neue rub.  
Vre foco cancros, altæ neu crede paludi  
Aut ubi odor cœni gra. aut ubi cō.pul.  
Saxa sonant, uocisq; offensa resultat im.

Taxus arbor uenenata est, propterea uel nullum,  
uel p̄sum ex ea mel gignitur. Igitur & ipse in Bi-  
colico ludicro, Sic tua Cyrenæas fugiant examina ta-  
zos. Vide Columel. l.bro 10. cap. 4.

Cancrorum etiam, inquit Plinius, odore si quis  
iuxta coquat, exanimantur.

Col- ubi sup. cap. 5. Grauis & terti odoris, in-  
quit, non solū uitentia, sed & qualibet res prohibeantur:  
sicut cancri nidor, cum est ignibus adustus, aut  
odor palustris cœni, nec minus uitentur caue rupes  
aut ualles arguta, quas græc ιχθες uocant.

ANNOT. EOB AN. HES.

Hoc obiter admonendum, Columellam hic græco uerbo usum, quo latino usus est Varro. Is enim sic scribit. Melittonas sic facere oportet, quos alij melitrophia appellant, eandem rem quidam mellaria primū secundum uillam potissimum, ubi non resonent umagines. Hic enim sonus harum fuga existimatur esse. Quis uerbis imaginē latine dixit, quam græci uocant, quæ soni est repercussio, quod & pulcherri me expressit Poeta hac periphrasi. Vocisq; offensa resultat imago. Sed & Palladius sic latine. Vitetur odor cœni, & cancer adustus, & locus qui ad humam uocem falsa imitatione respondet, & hic enim eandem rem expressit θερφασικῶς

Eadem Plin. cap. 19.

Quod supereft, cū pul. hyemē sol. aur. egit  
Sub terram &c.

Totus hic locus rationem quandam regiminis, & quasi Reipublicæ administrationem apum continet, cuius descriptionem pulcherrimam uideto apud Plinium eo, quem citavimus iam saepè libro, cap. 17. per totum, & apud Columellam citato libro cap. 9. ubi inter alia sic quoq;

Talis est, inquit, natura apum, ut pariter quæq; plebs generetur, cum regibus, qui ubi euolandi uires adepit

IN VIRGIL. GEORG.

adepti sunt, consortia dedignantur uetusiorum, multoq; magis imperia, quippe cum rationabili genere mortalium, tum magis egentibus consiliis multis animalibus, nulla sit regni societas. Itaq; noui duces procedunt cum sua iuuentute, que uno aut altero die in ipso domiciliu uestibulo glomerata cōsistens, egressu suo propriæ desiderium sedis ostendit. Et paulo post Siquidem ferè ante triduum quam eruptionem facta sunt, uelut militaria signa mouentium tumultus ac murmur exoritur. Ex quo ut uerissime dicit Virg.

Corda licet uulgi præsciscere, nāq; mor. Martius ille atris rauci canor incr. & uox Auditur fractos sonitus imitata tubarū

Itaq; maxime obseruare debet, que istud faciūt, ut siue ad pugnam eruperint, nam inter se tanquam ciuilibus bellis, & cum alteris, quasi cum exerciis gentibus prælianturn, siue fugæ cauſa se proripuerint, præsto sit ad utrumq; casum paratus custos, pugna quidem uel unius inter se uel duorum examinum discordantium facile compescitur. Nam ut ait idem

Pulueris exigui iactu compressa quies.

Aut aqua mulsa passoue, aut alto quo liquore simili resperso, uelut familiari dulcedine sequentium iras mitigante. Nam eadem etiam dissidentes reges con-

ANNO T E O B A N I HES.

ceilant. Eadem fermē omnia Plinius quoq; & in pri  
mis Varro loco iam s̄epius citato.

Deterior qui uisus eū, ne prodigus obsit  
Dede neci, melior uacua sine reg.in aul.

Si constat, inquit Columella, principibus gratia  
maneat pax incruēta: Sin autem s̄epius acē dinican  
tis notaueris, duces seditionū interficere curabis. Di  
micantium uero prælia prædictis remedijs sedan-  
tur. Ac deinde cum examen uel agmen glomera-  
tum in proximo frondentis arbusculæ ramo con sede-  
rit, animaduertito, an totum examen in speciem uni  
us uiue dependeat. Idq; signum erit, aut unum re-  
gem inesse, aut certe pluris bona fide reconciliatos  
patieris, dum in suum reuolent domicilium. Sin au-  
tem duobus aut etiam compluribus uelut uberibus  
deductum fuerit examen, ne dubitaueris, & pluris  
proceres, & adhuc iratos esse, atq; in his partibus, in  
quibus maxime uideris apes glomerari, requirere du-  
ces debebis. Itaq; succo prædictarū herbarum, id est  
Melissophyli uel apiaſtri manu illita, ne ad tactū dif-  
fugiāt leuiter inseres digitos, & deductas apes scruta-  
beris, donec authorem repercris, hactenus ille. Sed  
& sequenti mox capite, Omnes igitur duces notæ de-  
terioris Dede neci melior uacua sine regnet in aula,  
qui

I N V I R G I L . G E O R G .

qui tamen & ipse spoliandus est alis, ubi saepius cum  
examine suo conatur eruptione facta profugere &c.

Hoc & infra Poeta significat. Tu regibus alas.

Eripe &c.

Alter erit maculis auro squallentibus ard.  
Nam duo sunt genera, hic mel. insign. & ore  
Et rutilis clarus squamis, ille horrid. alter  
Desidia, latuq; trahens inglorius aluum

Versus hosce inuerit non nihil & accommodat suo  
proposito Columella, sed no ab re. Sic enim scribit,  
Sunt autem hiruges maiores paulo & oblongi magis  
quam ceterae apes, rectioribus cruribus, sed minus  
amplis, pinnis pulchri coloris & nitidi leuesq; ac si  
ne pilo, sine spiculo, nisi quis pleniorum, quasi capit  
lum, quem in uentre gerunt aculeum putat, quo &  
ipso tantum ad nocendum non utuntur. Quidam letia  
infusi atq; bursuti reperiuntur, quorum pro habitu  
damnabis ingenium

Nam duo sunt Regum facies duo corpora plebis

Alter erit maculis auro sequallentibus ardens

Et rutilis clarus squamis insignis & ore..

Sic enim hos uersus ille, paulo immutato ordin  
ne uerborum citat, suo deseruens proposito.

ANNO T. EOBANI HES.

Atq; hic maxime probatur, qui est melior, nam  
deterior sordido sputo similis tam foedus est. Quam  
puluere ab alto.

Cū uenit & terrā sicco spuit ore uiator

Plinius quoq; de Regibus apum inter alta sic.  
Duo autem genera eorum, Melior niger uariusq;  
Omnibus forma semper egregia, et duplo quam cæ-  
teris maior, pennae breuiores, crura recta, ingressus  
celsior. In fronte macula quodam diadematē candēs.  
Multum etiam nitorē à uulgo differunt &c.

Consentiant in hoc & reliqui.

Inuitent croceis halantes floribus horti  
Et custos furū atq; auiū cū falce saligna  
Hellestiacci seruet tutela Priapi &c

Hoc loco uidetur occasionem captasse tantum in-  
dicandise, de cultu hortorum non potuisse scribere,  
qua res maxime cura apum est necessaria, de qua-  
bus tamen post cum diligentissime scripserunt Colu-  
mella, Palladius, & Plinius.

Nāq; sub Oebaliæ memini me tur altis.

Oebaliæ turres altas nunc οὐφασικῶς Ta-  
rentum dicit maritimum Italæ oppidum, quod in Ca-  
labrie finibus id condidere Oebalij, id est, Lacedemo-  
nij, duce Phalanto, historia legitur apud Strabonem

& Iusti.

IN VIRGIL. GEORG.

¶ Iustum. Est autem paulo durior hæc periphra-  
sis, quia de longinquæ petita.

Corytium uero senem Cilica dicit ab antro Cori-  
tio, quod in monte eiusdem nominis alij in Pamphi-  
lia, alij in Cilicia ponunt, iuxta hoc Æela optimum  
Crocum nasci tradit. Videtur hic Poeta alludere, ad  
historiam belli Pyratici à Pomp. Magno consecuti,  
qui remigibus Pyratarum in Italia agros dedit, ut  
scribit Apianus in libro Mythridatico; & Plutar-  
chus in uita Pompei.

Regū æquabat opes aīs, seraq; reuertens  
Nocte domū dap. mensas onerab.inem.

Laus est uitæ Pythagoræ, que hortensibus con-  
tentæ, abstinebat ab animantibus. Ostendit autem  
naturam paucis contentam esse, opinionem uero ne  
immensis quidem, ut ait Seneca: & Plinius cum sœ-  
pe alibi, tum maxime libro 19. cap. 4. conqueritur.  
Aequabat igitur, inquit, diuitias regum, non faculta-  
te, que exiguae erant, sed animo, qui paucis conten-  
tus luxum Regium facile contemnebat. Hanc quoq;  
uitam mirifice laudat Horattius in Epodo, Beatus il-  
le &c. ubi inter alia sic quoq;.

Quod si pudica mulier in partem iuuet

Domum atq; dulces liberos

T

ANNO T. EOB AN. HES.

Sabina qualis, aut perusta solibus  
Pernicis uxor Appuli,  
Sacrum uetus his extruat lignis focum  
Laſſi ſub aduentum uiri  
Claudensq; textis cratibus letum pecus,  
Diftenta ſiccet ubera  
Et horna dulci uina promens dolio  
Dapes inemptas appetet,  
Non me lucrina iuuarent conchilia  
Magisue Rhombus aut Scari &c.  
Vbi dapes inemptas ſimili ratione hunc opinor locū  
imitatus dixit, ſed & iuuentalis Saty. 3.  
Viue bidentis amans & culti uilicus horiti  
Vnde epulum poſſis centum dare Pythagoreis.  
Verū hæc ipſe equidē ſpaciis diſclus. in.  
Prætero, atq; aliis poſt me memor. rel.

Seruius ait Gargiliū Martialem quendam ſignifi  
cari, quem de hortis ſcripſiſſe tantum intelligere poſ  
ſumus. Mihī quidem, ut hoc ſicut alia pleraq; inge  
nue fatear, nihil de illo, uel quis fuerit, uel quid ſcri  
pſerit, compertum eſt. Verum Columellam hoc Vir  
giliū uelut decretum exequutum eſſe, nemo ignorat.  
Sic enim librum ii. aufſpicatur.  
Hortorum quoq; te cultus Syluine docbo

Atq;

## IN VIRGIL. GEOR G.

Atq; ea quæ quondam spacijs exclusus iniquis  
Cum canceret letas segetes, & munera Bacchi  
Et te magna Pales, necnon cœlestia mella  
Virgilius nobis post se memoranda reliquit

Tum uero & de hortis diligentissime & elegan-  
tissimis carminibus, ut de prosa oratione, quæ paſſim  
in Mensibus est, taceam, scripsit Palladius. Omnitum  
uero longe felicissime Plinius.

Nunc age naturas apib. quas Iuppit. ipſe

Naturas dicit, id est mores, Nam, ut ait Plinius, mo-  
res habent, cuius uerba paulo altius repetam, quod  
ad totū hunc locum præcipue faciant. Nam de inse-  
ctis loquens, Inter omnia, inquit, principatus apibus  
& iure præcipua admiratio. Solis ex eo genere ho-  
mimū causa genitio, mella contrahunt, succūq; dulcif-  
simū, atq; subtilissimum ac saluberrimum, fauos con-  
fingunt & ceras. Ille ad usus uitæ laborem tolerant,  
opera consciunt. Remp. habent, consilia priuatim,  
ac duces gregatim, & quod maxime sit mirum, mo-  
res habent, hactenus Plinius.

Eadem ipſe idem latus infra cap. 10. ubi pul-  
cherrimam earum τὴν τῷ λιτεῖαν describit.  
Sicut & alij quoq; quos citauimus.

Solæ comunes natos &c.

ANNOT. EOBANI HES.

Hoc quod precepit in Republica sua Plato, uxores & liberos charitate Reip. debere esse cōmunes, à solis apibus obseruari potuisse putant, cum nihil nisi commune norint, ut ait Plinius, nisi quod Regias imperatoribus futuris in una parte aluei extruunt amplas, magnificas, separatas, ac tuberculo eminentes, ut idem ibidem cap. ii. scribit.

Et pinguē tiliam & ferrugin. Hyacinth.

Vno hoc loco, quod sciam, dissentit à Virgilio Columella, qui libro 10. cap. 4. sic scribit. At tiliæ sole ex omnibus sunt nocentes, taxi repudiantur.

Sed enim & Plinius Tiliam non improbat, libro 11. cap. 12. ubi Sorbetur, inquit, optimum & minime fronde infestam ē quercus tiliæ arundinū folijs. Oibus una quies operū labor oib. unus. Mane ruūt portis, nusquā mora rur. eas. Vesper ubi e pastu &c.

Etsi iamdudum multa satis de apibus dicta uideri poterant, & locum paulo ante indicauimus, in quo hæc, uelut Reip. administratio describeretur, uisum tamen est opere preicum, & hoc loco, propter adiendum nimium quæ situris laborem, pauca quæda adscribere. Itaq; Pliniij uerba sunt hæc.

Ratio operis, Interdiu statio ad portas more castorum

IN VIRGIL. GEORG.

rum. Noctu quies in matutinum, donec una excitet  
œs gemino aut triplici bombo, ut buccino aliquo.  
Tunc uniuersæ prouolant, si dies mitis futurus est,  
prædiuant enim uentos, hymbresq; & tunc se cō-  
tinent tectis. Itaq; temperie cœli (hanc enīm inter  
præscita habent) cum agmen ad opera proces-  
sit, aliæ flores aggerunt pedibus, aliæ aquam ore gut-  
tasq; lanugine totius corporis. Quarum adolescenti  
ores ad opera exeunt, & supradicta conuehunt, semi-  
ores intus operantur. Et quæ in hunc modum sequū-  
tur alia, quibus locus hic Poetæ ad amissim respon-  
det omnibus.

Sed & Varro omnes, inquit, ut in exercitu ui-  
nunt, atq; alternis dormiunt, & opus faciunt part-  
ter, & ut colonias mittunt. Hiq; duces cōsciunt que-  
dam, ut imitatione tubæ ad uocem &c.

Sæpe lapillos &c.

Vt Cymbæ instabiles fluctu iactan. sab.

Tollunt &c.

Plinius ibidem ubi supra cap. 10. Gerulae, inquit,  
secundos flatus captant, si cooriatur procella, appre-  
hensis pōdusculo lapillis se librant, quidam in humea-  
ros eum imponi tradunt.

Illū adeo placuisse apibus mirab. more

ANNOT. EOBANI HES.

Quod nec cōcub. indulgent, nec cor. seg.  
In Venerē soluunt, aut foetus nixib. aed.  
Verū ipsæ foliis natos & suauib. herbis  
Ore legunt &c.

Plinius ibidem cap. 16. Foetus quo nam modo pro  
generent, inquit, magna inter eruditos & subtilis  
questio fuit. Apum enim coitus uisus est nunquam,  
plures existimauere oportere confici floribus cōpo  
sitis apte atq; utiliter. Aliqui coitu unius, qui rex  
appellatur in quoq; examine, hunc esse solum mārem  
præcipua magnitudine ne fathiscat. Ideo fortum sine  
eo non aedit, apesq; reliquas tanquam marē fœminas  
comitari, non tanquam ducem, hactenus ille. E floribus  
nasci Poetæ opinio est: sed eodem capite paulo  
post, suam opinionem interponēt Plinius, Quod cer  
tum est, inquit, gallinarum modo incubant, id quod  
exclusum est, primum uermiculus uidetur candidus,  
iacens transuersus, adhaerensq; ita ut pascere uidea  
tur. Rex statim mellei coloris, ut electo flore ex o  
mni copia factus, neq; uermiculus, sed statim penni  
ger &c.

Aristoteles de nat. animalium lib. 5. cap. 21. interpre  
te Theodoro, sic ait, De generatione apum uaria sen  
tentia est. Alijenim cas parere & coire negant, sed  
depor

IN VIRGIL. GEORG.

deportare foeturam existimant, nec unde portent,  
constat inter omnes. Sed alij ex flore Callyntri, alij ex  
flore arundinis, alij ex flore oleæ aiunt: argumentūq;  
offerunt, quod cum oliuarum prouentus sit largior,  
tunc plura examina prodeant. Sunt qui fucorum qui  
dem foeturam comportari ab aliquo ex his, que mo  
do dixi, arbitrentur. Sed apum generi ortū præstari à  
ducibus &c. Vide eundem cap. mox sequenti.

Varro sic scribit. Primum apes nascuntur partim  
ex apibus, partim ex bubulo corpore putrefacto.

Plinius quoq; libro eodem cap. 20. reparari eas  
posse scribit iuencorum corpore exanimato. Sicut  
equorum uesperas atq; crabrones, sic asinorum scara  
beos, mutante natura ex alijs quædam in alia.

Sed de hoc posterius.

Neq; enim plus septima dicitur ætas

Hoc spaciū & Plinius illis tribuit loco iā citato.  
Aristoteles aut, ubi supra ait, Vita apū anni sex, non  
nullæ etiā septē possunt completere. Similiter & alij.

Examen tamen in decem annos durare potest. Ca  
lumella, Plinius & Aristoteles.

Præterea Regē non sic Aegyp. & ingens  
Lydia, nec populi Parthorum &c.

Quoniam multa iam ante dicta sunt de apum Re  
gibus, hoc tantum de honore & obseruantia, quibus

ANNO T. EOBANI HES.

hoc genus Regem suum prosecuitur, adiicidum, in quo tam et si omnes una quasi uoce de huiuscmodi rebus scribentes consentiunt, libentius tamē uerbis ute mur Plinij, ut cum plurimum authoritatis, tum non minus elegantiae habentibus. Ea sunt libro 11. cap. 17. huiusmodi. Illud cōstat imperatorem aculeo non uti. Mira plebei circa eum obedientia, cum procedit una est. Totū examen circa eum congregatur, cingit, protegit, cerni non patitur. Reliquo tempore cum populus in labore est, ipse opera intus circuit similis exhortanti, solum immunis. Circa eum satellites quidam, lictoresq; assidua custodientes authoritate, procedit foras non nisi migraturo examine. Id multo intelligitur ante aliquot diebus murmure intus strepente apparatus inditio diem tempestuum eligentium, Si quis alam ei detruncet, non fugiet examen. Cum processere, se quæq; proximam illi cupit esse, & in officio conspicere gaudet, fessum humeris subleuant, ualidius fatigatum ex toto portant, si qua lassatus defecit, aut forte aberravit, odore prosequuntur. Vbi cūq; ille consedit, ibi cunctarum castra sunt &c. Eadem fermè cæteri omnes.

Deum nanc̄ ire per omnes  
Terrasq; tractusq; maris cœlūq; profun.  
Sponte preterco, que plurima dici hic possunt,  
de amaz

IN VIRGIL. GEORG.

de animorū immortalitate ac origine, rerūq; transmutatione, cum ea & alibi tractari debeant, & locus sit idem plenore descriptione in s. Aeneidos libro explicatus, & apud Macrobius in Somnio, quem nos in adnotationibus, etiam Eclogae quartæ, sed cur sim attigimus, ibi, Ab Ioue principium, Musæ Iouis omnia plena.

Si uero, quoniā casus apibus quoq; nost.  
Vita tulit, tristilanguēb. corpora morb.

Signa morborum apum hic prosequitur, inde ponit & remedia. Plin. lib. 11. ca. 18. sic scribit, Quin & morbos suapte natura sentiunt. Index eorum tristitia torpens, & cum ante fores in temporem Solis promotis aliæ cibos ministrant, cum defunctis progerunt, funerantiūq; more comitantur exequias. Regē à peste consumpto, mōret plebs ignauo dolore, non cibos conuehunt, non procedunt. Tristi tantum murmure glomerantur circa corpus eius, subtrahit utaq; deducta multitudine, alias spectantes, exanimem luctum non minuant. Tunc quoq; nisi subueniatur, fame moriuntur. Hilaritate igitur & nitore fatitas aestimatur.

Hiciā Galbaneos suadebo incen. odores  
Remedia apū docet, quæ pleraq; ponunt, & alij

ANNOT. EOBANI HES.

scriptores. Plin. lib. 11. cap. 20. Varro lib. 3. cap. 16. Hoc loco præcipue legendus Col. qui lib. 10. cap. 13. plurima apum morbis laborantium ponit remedia. Verba eius pauca subscribam. Ita enim libro 10. cap 13. scribit.

Necnon ille etiam morbus maxime est conspicuus, qui horridas contractasq; carpit, cum frequenter alie mortuarū corpora domicilijs suis efferunt: alie intra tecta, ut publico luctu mœsto silentio torpent. Id cum accidit, arundineis infide calamis offeruntur cibi, maxime decocti mellis, & cum galla uel arida rosa detriti.

Galbanum etiam ut eius odore medicentur incendi conuenit, passioq; & defruto ueteri fessas sustinere. Haec tenus Columella, haec autem omnia Poeta dicit, ac deinde subdit.

Est etiā flos in pratis cui nomē Amello Fecere agricolæ &c.

De hoc ita Col. eodem loco, Optime tamen facit amelli radix cuius est frutex luteus, purpureus flos, ea cū uetere uino Aminalē decocta exprimitur, & ita liquatus eius succus datur. Et notandum, quod hanc per digressum quendam latius describit, ut supra lib. 11. malum persicam, & alia quæpiam alibi.

De Centaurea uero, quam herbam hic grauolentem

IN VIRGIL. GEORG.

Item Poeta dicit, uideto Plin. lib. 25. cap. 6. Et Diosco-  
riden libro 3. cap. 7. Theophrastum libro 9.

Item, unum defrutum quale sit quoq; modo fiat.  
Col. lib. 13. cap. 19. & 21. & Plin. lib. 14. ca. 9. &c.  
& Palladium libro 13. cap. 18.

Sed si quē proles subito defecerit om.  
Nec genus unde nouæ stirpis reuo. hab.  
Tēpus & Arcadii memorāda in. magist.  
Pandere, quoq; modo cæsis iā s̄aþe iuuē.  
Insyncerus apes tulerit crux &c.

Docuit quemadmodum à nōcumentibus animaliū  
ceterarūq; rerū custodiēdē. Deinde quomodo à mor-  
bis leuanda sint apes. Nunc quibus rationibus, si uel  
easū, uel morbo perierint, reparari possint, ostendit.  
Quæratio, & si non est fabulosa, nam ab alijs  
quoq; traditur, πάσην ταῦτα, tamen quandam habet  
in sequentem fabulosam narrationem. De hac igitur  
opinione Plinij & Columellæ sententias, quoniam  
nec Aristoteles, nec alij quicquā huius meminere, ad  
scribemus. Plinij ex libro 11. cap. 20. uerba sunt hæc.  
Sunt qui mortuas, si intra teclum hyeme seruentur,  
deinde sole uerno terreantur, ac fculneo cinere toto  
die foueatur, putent reuiviscere. In totum uero amis-

ANNOT. EOBANI HES.

fas, reparari uentribus bubulis recentibus cum simo  
obruti. Virgilius iuencorum corpore exanimato.  
Sicut equoru*m* ueſpas atq; crabrones , sicut asinorum  
scarabeos mutante natura ex alijs quedā in alta &c.

Columella lib. 10. cap. 14. loquens de tempore,  
quod est inter Solsticium & ortum caniculae, sic scri-  
bit, Ceterum hoc eodem tempore progenerari apes  
posse iuenco perempto Democritus & Mago , nec  
minus Virgilius prodiderunt. Mago quidem uentri-  
bus etiam bubulis, idem fieri affirmat, quam ratio-  
nem diligentius prosequi superuacuum puto, conser-  
tiens Celso, qui prudentissime ait, non tanto interitu  
pecus istud amitti, ut sic requirendum sit . Hactenus  
Columella.

Quod uero Arcadij magistri dicit Poeta, de Ari-  
steo intelligendum est, quem scribit Iustinus regna-  
scere in Arcadia, primumq; usum mellis reperiisse, Quā  
uis Poetæ hoc Baccho tribuant, ut Ouid. 3. Faſtorū.  
Liba Deo fiunt succis quia dulcibus idem

Gaudet, & à Baccho mella reperta ferunt

Cuius Poetæ, quoniam incidit mentio, habes car-  
dem hanc rem ipsius libro Faſtorum primo, & Me-  
tamorphoseos ultimo.

Pastor Aristaeus fugiens Peneia tempe-

Habet hic locus duplē narrationem, utrāq; fa-  
bulos


## IN VIRGIL. GEORG.


bulosam, usq; ad finem libri. De Aristeo scil. & Orpheo, quem totū locum scribit Seruius mutatum esse, cum ante laudes Galli (cuius mentionem supra in Bullosis, Eglogis sexta & ultima fecimus, contineret, cumq; iussu Augusti cum Gallus coniurationis compertus, & ob hoc occisus esset, in hanc fabulam com mutatum. Est hæc fabula Aristœi, ut paulo ante dixi, etiam apud Ouidium primo Fastorum. Quæ uero de Protheo dicuntur hac fabula, in Latinis & Græcis Poëtis pañim habentur, præcipue Homerū Odysseæ libro 4. Orphei ad inferos descensum, recuperationem Eurydices, eiusdem rursus amissionem, ipsius fletus &c. Videto apud Ouidium libro Metamor. 10. Mortem eiusdem libro undecimo.

Præterea nihil uisum est adnotare ex hac fabula, quoniam nec magnopere ad rem quam agebamus pertineret, nec longior in re fabulosa insinuanda opera uidetur, et essent alioqui ex aliorū iam cōmentarijs satis nota, quæ hic quoq; commentarium aliquem desyderare potuissent.

F I N I S.

Haganoe per Iohannem Seccerium.  
Anno M.D.XXIX.






1989457


name, place, editor, publisher, title, date, etc.


non plaus estor amione. <sup>1</sup> hystone rere origis  
un differt h acte. <sup>2</sup> hanc lant in fuent reh - lant


lant ut - c. imp. <sup>3</sup> hant ut - c. imp. <sup>4</sup> hant ut - c. imp.


est in mā




























6440. 61.

